oppositio esset non existẽte intellectu igit̃ non est accidẽs intentionale. antecedens pz inductiue esset enim mutua actio inter caliduz ⁊ frigiduz ⁊ motus inter illa non existẽte intellectu: igit̃ ⁊ cõtrarietas. ¶ Similiter esset aliquis pater ⁊ aliquis filius non existẽte intellectu q: genuisse ⁊ genitum esse non dependẽt ab intellectu igitur ⁊ relatiue opposita. ¶ Similiter ect carentia habitus in apto nato habere habitum igit̃ ⁊ priuatiue opposita. ¶ Similiter ⁊ contradictio q: illa sequit̃ ad quãcunq; oppositionẽ igit̃ illa potest esse sine intellectu quacũq; alia sic manente. ¶ Ad oppositum accidens non bz verius esse quam suum subiectum sed oppones fundantur in intentionibus vt in subiecto igitur non sunt realia sed tantum intẽtionalia. mino: patet inductiue. Referunt enim species ⁊ genus ad inuicẽ. cõtradicũt genus ⁊ non genus ⁊ sic de alijs oppositis. Item i solis accidentib9 possibile est aliqd predicari de seipso denominatiue: sed hoc possibile est in oppositionibus igit̃ ⁊c. probatio maio. predicatio denominatiua de aliquo est predicatio accñtis de subiecto sed nullum accidẽs nisi intẽtionale potest esse in aliquo sui vt in subiecto. pbatio mino: is omnis diuisio est inter opposita sed oppositio diuidit̃ in contrarietatẽ oppositionẽ priuatiuã ⁊ huiusmodi. igit̃ hec opponuntur ergo ⁊ oppositiões opponunt̃. ¶ Itẽ nihil reale inuenitur in oibus generalissimis sed oppõ ⁊ eius species inueniunt̃ in omni genere igit̃ ⁊c. mino: patet q cõtradicto scõm eandem rõem inuenitur inter hominez ⁊ non hominẽ: ⁊ inter albuz ⁊ non album: q: secũduz hãc rõnẽ cuiusmodi non est mediũ secunduz se. ¶ Cõsimiliter vr̃ de ℞rietate que in diuersis generib9 reperitur secunduz hanc rõem maxima distantia formarum que nate sunt fieri mutuo circa idem.

Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter: aut vt ad aliquid: aut vt contraria: aut vt priuatio ⁊ habit9: aut vt affirmatio ⁊ negatio. capitulo eodem.

¶ Circa hoc queritur vtrum diuisio oppositiõis in hec ẽttuo: .s. relatiuã oppõnem ꝓtrariã contradictoriam priuatiuã sit conueniens: videt̃ q nõ q: omnis diuisio ẽ per opposita per Boe. libro diuisionũ hec non: igit̃ ⁊c. probatio mino: is quia hec diuisio est inter oppositiones ⁊ nulla oppositio opponit̃. probatio q: si sic igitur opponitur p aliam oppositionẽ ⁊ sic erit procedere in infinitũ in oppositionibus. igit̃ diuisio est insufficiens cum non fiat in illas omnes oppositiões. ¶ Itẽ vbi vnum vr̃ sequi ad aliud diuisio est insufficiens sed contradictoria sequunt̃ ad omnia alia opposita igit̃ ⁊c. mino: patet q: omnia alia opposita includunt ℞dictorie opposita. ¶ Itẽ relatiue opposita dicunt̃ de eodez igit̃ non sunt opposita. añs patet q: sicut arguitur capitulo de quãtitate hoc est magnuz ad hoc ⁊ hoc est paruz ad hoc igitur hoc ẽ magnuz ⁊ paruuz igitur si ille modus arguendi valeat possunt duo relatiue opposita inferri absolute ex seipsis positis in cõparatiõe ad diuersa. itel ligit enim Aristo. p magnũ ⁊ paruuz relatiue opposita vt ibi pz. Itẽ priuatiue opposita dicunt̃ de eodẽ igit̃ nõ sunt opposita. pbatio añtis q: per Aristo. in secundo topicoz. in priuatiue oppositis tenet consequẽtia in seipso igitur si ad visuz sequit̃ sensus ad cecitatẽ sequit̃ insensibilitas. sed sequit̃ visus igitur sensus igit̃ omnis videns est sentiẽs: quia ab abstractis tenet cõsequẽtia per se ad concreta: q: sequit̃ si surditas est insensibilitas igit̃ surdus est insensibilis: igitur si idem sit videns et surdus idem erit sensibilis ⁊ insensibilis. ⁊ priuatiue oppositа de eodẽ. hoc idem patet in alio exẽplo: quia sequitur iste est similis huic igitur est similis ⁊ dissimilis illi igit̃ est dissimilis patet consequentia: q: relatiuũ posituz respectu cuiuscunq; infert seipsũ simpliciter: q: nullus terminus distrahit a ratione relatiui simpliciter. ¶ Item contraria dñr de eodem igitur non sunt opposita. añs patet. Tum q: in medio dicto p participationez est natura vtriusq; extremi aliter non differret a medio dicto ab negatione. etiam aliter non esset motus ab vtroq; extremo in medium: sicut medium dictum per participationem denominatur ab vtroq; extremo. Tum q: scutuz cuius medietas est alba ⁊ medietas nigra est coloratum igitur album vel nigrum vel mediuz. consequentia patet per Aristo. secundo topicoz. quicqd est i genere vel denominatur a genere: necesse est esse in aliq̃ specie vel denominari ab aliqua. non est mediũ vt manifestuz est. si albuz pari ratione nigruz igitur cõtraria dicunt̃ de eodem. ¶ Ad primaz ꝓbationem diceretur q natura extremoz imperfecte est in medio ⁊ ideo medium a neutro extremo denominatur. ¶ Contra vtrũq; extremum est aliqua forma ergo simplex per auctoremz ex principioz in principio. simplex vbi est secunduz se totum est. ergo si vtrunq; extremuz secunduz aliquid sui est in medio ſm se totuz est in medio. ¶ Dicitur ad secundaz ꝓbationez q scutuz non est coloratũ sed colorata. ¶ Contra igitur est hoc coloratuz ⁊ illud quia per priscianum plurale non est nisi singulare geminatũ. sed ꝓns est falsuz quia tunc esset multiplicato subiecti ⁊ accidentis. ¶ Itẽ cõtradictoria opposita dicũtur de eodẽ igitur nõ sunt oppõita. pbatio añtis quia cõtradictorie opposita sequunt̃ ad quecunq; alia sed omnia alia dicũtur de eodem sicut ostensum est igitur contradictoria. ¶ Itẽ si oppositio conuenient̃ diuidatur igit̃ est oppositio sõm diuisionis ⁊ preter hoc diuisio est subiectuz oppositionis: q: diuisio opponit̃ alicui vt indiuisioni vel collectioni. igit̃ idem respectu eiusdez est sbm ⁊ accidẽs quod est inconueniẽs ergo ⁊c. ¶ Ad oppositũ ẽ Aristo. ⁊ Boe. in cõmento super Ar. in libris topicoruz. quotiens enim docet cõsiderare de oppõitis docet inspicere tantuz ad hoc. ¶ Ad primã questionẽ põt dici q oppõ equiuoca est quia in vno sensu sumpta dr̃ equiuoce de ℞rietate ⁊ oppõe relatiua in alio sensu dicitur vniuoce de contradictiõe ⁊ priuatiua oppositione. primo modo ens ⁊ spẽs in genere relatiõis. si autẽ inueniatur in alijs generibus hoc nõ est vt spẽs sed vt passio. scõo modo est intentio q: ⁊ alterz extremũ eius est tantũ ens fz cõsiderationem rationis. ¶ Ad primuz argumentũ dõm qd meta. distingunt multa multiplicia in quinto. non q: ſm oẽs sensus sunt entia vel passio realis entis fz scõm alios. alios sẽsus forte põit vt excludat a ꝓposito ita ⁊ de oppõne cuius vna spẽs ẽ ens ⁊ spẽs relationis ⁊ alius sensus adiungit̃ vt a ꝓposito forte excludatur. ¶ Ad aliud dico quod oppõ in vno sensu put scilicet dicitur de cõtrarietate ⁊ oppõe relatiua est species differentie nõ aũt ꝓout dicitur de ꝓtradictiõe ⁊ priuatiua oppositiõe quia ens ⁊ non ens contradicunt ⁊ tamen non differunt nec sunt diuersa: q: diuersitas est differẽtia entis ⁊ differentia similiter. ¶ Ad tertiũ cõcedendũ q cõtrarietas ⁊ relatiua oppositõ ecnt intellectu nõ existente nõ autẽ priuatiua oppositio nec cõtradictio: q: alteruz extremũ in illis oppositionib9 puta negatio ⁊ priuatio fz q est extremũ negationis est tñ ens ſm rõnem qõ de negatione patet. q: licet illa dicat̃ de aliquo ente vt non homo dicitur de asino tamen ſm rõnem qua cõtradicit homini nõ est ens nisi ratiõis. per hoc patet q licet cõtraria maneant nõ existente intellectu nõ oportet cõtradictoria manere scõm q sunt cõtradictoria. quia ne

gatio albi p:out ꝺicit albo nō est in nigro q: vt ꝺicit ē dicibilis de ente. ⁊ de nō ente. si dicaē q ad nigrū sal tē sequaē negatio albi vt cōtradicit albo. ⁊ ita cōtradi/ctoria sunt si cōtraria sunt. Dico q nō existente intelle/ctu nō est cōsequentia. Similiter p:ivatio ꝯ sit negatio habitus i subiecto tamē tantūmō opponiē habitui rōe negationis ⁊ illa nō est ens nisi tātuꝫ fm rōem. ¶ Ad argumenta in oppositu. ad p:imu dico q contrarie/tas ⁊ relatiaa oppō sumpta in illo sensu in quo sunt spe cies oppositionis nō sūt in subiectis intōtionalib⁹ ꝯ for/te contrarietas fm aliuꝫ sensuꝫ put dicitur ē in ꝓpositionibus fm qualitatez ⁊ quātitatez eaꝝ sit intentiona/le ⁊ in subiecto intentionali vt i ꝓpōne. alia autē duo vt cōtradictoria ⁊ p:ivatiua oppositio possunt esse in subie ctis intentionalibus. ¶ Ad secunduꝫ dico q maio: pōt negari q: etiā in accidētibus realibus cōpatis videē ali quid p:edicari de seipso denominatiue cuiuscunq; modi sunt oppositiones. Contra impossibile ē in rebus aliquid eē in eadē specie vt in subiecto ⁊ p:edicatio denominatiua est ꝓp:ie ō subiecto. ¶ Vel pōt dici q cū dr oppositio nes opponunē illud quod denominat oppositiones nō est oppō realis sed intentionalis. ⁊ ita nō idē denomiat se. ¶ Contra contrarietas ⁊ relatiua oppō diuidunt op positionē vt genus ergo sunt spēs opposite igit opposi tio eaꝝ est aliqua realis q: ⁊ vtruꝫ extremū est ens. ¶ Ad tertiuꝫ dico q cōtradictio ⁊ p:ivatiua oppositio p̄nt vniuoce inueniri in omni genere ⁊ similiter cōtrari etas ⁊ relatiua oppositio forte vt passiones non vt spēs ¶ Ad secundā q̄em dicendu q diuisio oppositionis in illa quattuo: est cōueniens q: oppositio realis eo:uꝫ que sunt in eodē genere. aut igitur vnū illoꝝ dependet ad aliud ⁊ sic est oppositio relativa: aut non: ⁊ sic ē op/positio contraria. ¶ Oppositio hns alteruꝫ extremum non ens quod dicit de oppōe p:ivatiua ⁊ contradicto/ria aut habet extremū nō ens quod nulluꝫ sbm sibi de terminat. ⁊ sic est contradictio. aut qō determinat sibi aliquod sbm. ⁊ sic est p:ivatiua oppō. ⁊ sic pz sufficien tia. ¶ Ad p:imuꝫ argumentū pōt dici q nō ois diuisio est inter opposita ꝓp:ie loquendo q: non diuisio gene/ris i spēs vt in genere substātie. ⁊ ita cōtraria ⁊ relativa diuidūt oppōneꝫ vt spēs ⁊ alia licet in alio sensu oppō num vt spēs: ⁊ spēs diuidentes nō opꝫ nisi eē contrari/as transumptiue que contrictas non est oppō vt hic lo quimur sed forte intentio cois omnib⁹ disperatis. diui/dentia autem multiplex nullo modo p:opie oꝫ oppo/ni ⁊ ita nec contrarietatem cōtradictioni. Vel aliter hoc non valet ad p:opositū q: nulla oppō hax potest deter minare hec oia diuidentia nec aliqua seipsa i cōparatio ne ad aliaꝫ in vno sensu diuidit in ꝛrietatez ⁊ relativaꝫ oppōem in hac diuisione licet omnia dicātur disperata ⁊ ita contraria transūptiue. ¶ Intelligenduꝫ tamen q diuisio oppositionis in hec absolute est diuisio vocis in significationes. sed oppō sūpta in vno sensu diuidit in cōtrarietatē ⁊ relativā oppōnem vt genus in spēs i alio sensu sūpta. similiter ē generale ꝓpterea diuidētia ipsaꝫ in vtroꝫ sensu sunt opposita. vt cōtrarietas ⁊ relatiua oppō sūt forte contraria loquēdo de cōtrarietate tran/sūptiue sūpta que est dra fm speciem sed non opꝫ diui dentia in vno sensu opponi diuidentibus oppositionez in alio sensu. ¶ Ad aliō dico q diuisio oppōis est i istas intentiones vt vnū mēbrum illoꝝ non sequit ad aliō q: non sequit hec sunt contraria igitur sūt contradicto/ria sed consequētia est inter illa que subsunt vt sequitur albuꝫ ⁊ nigruꝫ igit albuꝫ ⁊ non albuꝫ ⁊ in illa non est diuisio nisi per accidēs. ¶ Contra hoc loquendo de intē tionibus oīa sunt relatiue opposita q: cōtradictoriū dr contradictorio, cōtradictoriuꝫ ⁊ contrariū contrario contrariuꝫ ⁊ sic de alijs. ¶ Respondeo contradictoriū est relativuꝫ per accidens sicut homo est albus. contra dictio autē non est relativa oppō. diuisio autē sic opposi tionis in abstracto vel in p:ecto sūpto essentialiter non p:o omni illo quod potest denominare: q: tunc quale non diuideretur in denominativa specieruꝫ suaruꝫ: cū illa possint de eodeꝫ p:edicari ⁊ de se mutuo licet p ac/cidens. Ad aliud dico q relativa non sunt relative op/posita nisi in cōparatione ad idem ⁊ sic non possunt iferri ex seipsis positis in cōparatiōe ad diuersos terminos licet relativa absolute possint inferri qualiter aūt rō Ari sto. valeat de magno ⁊ de paruo dictū ē supra. Cōtra hoc Aristo. in p:incipio hui⁹ capituli vbi dat dr̄am in/ter cōtraria ⁊ relative opposita: dicit q in relative op/positis vnuꝫ fm se dr ad aliud ⁊ nō incōtrarijs. ⁊ idez dicit assignando dr̄am inter relativā oppositionē ⁊ con trariam: ⁊ duo relativa sūpta in cōparatione ad idē vt pater huius ⁊ filius huius non dicunē ad inuicez ꝯ ip sa absolute sūpta: igitē intelligit relative opposita esse re lativa absolute. ¶ Ad hoc pōt dici q in relative opposi tis sunt duo oppositio ⁊ relatio superaddita. ratiōe op positis oꝫ sic opposita accipi in cōparatione ad idem q: hoc est generale oībus oppositis sumi in cōpatione ad idem. rōe dr superaddite oppōni que est relō opꝫ illa fm que est oppō referri ad inuicez. ¶ Dictuꝫ igitē Ari sto. ē intelligendū de ipsis formis inter ꝯs est oppō q: il le referuntur ad inuicē: quia in hoc differunt forme hic opposite a formis oppositis in alijs generibus oppositiōis in omnibus tamē oportet opposita referri ad idē ⁊ ideo Aristo quando debuit distinguere hanc oppo sitionem ab alijs: non potuit illā conditionem in qua hec conuenit cum alijs in ratione oppositionis i genera li: sed illam in qua hec distinguitur ab alijs. Ad illud po test dici q in p:ivatiue oppositis non tenet consequētia in seipso nisi in comparatione ad sbm p:imum. verbi gratia si sequatur hoc est videns ergo hoc est sentiens non sequitur eodem ordine in p:ivatiue oppositis hō ē cecus igitur homo est insensibilis. q: si sic cū vlterius se quatur igit homo est non sensibilis ab affirmativa de p:edicato p:ivato ad affirmativā de p̄dicato infinito. per Aristotelez. ⁊ Boetium in secundo periermenias. per Aristotelez. in p:imo p:ior:um. ⁊ vlterius sequitur est non sensibilis igitur non est sensibilis per ipsos p:i/us: sequeretur a p:imo ad vltimum est cecus igitur nō est sensibilis. vbi manifeste est fallacia cōsequētis. potest tamen dictum Aristo. in secundo topicoꝝ intelligi de su biecto p:oximo habitus inferioris ⁊ sue p:ivationis vt forte si sequaē oculus est videns igit oculus est sentiēs similiter sequitur oculus est cecus vel hō cecus secun/dū oculuꝫ igitur oculus: vel homo secunduꝫ oculuꝫ est insensibilis. Rō dr est quia p:ivatio est negatio habit⁹ in apto nato ad negationē inferioris absolute vel in sbo remoto non sequitur negatio habitus superioris abso/lute vel in subiecto remoto: sed est fallatia consequen/tis ap:opositione habente plures causas veritatis ad vnam tamen ad negationez habitus inferioris in sbo p:imo illius habitus sequit negatio habitus superioris in eodem subiecto q: in illo subiecto non est habitus su perior: natus haberi nisi quia habitus inferior. nec mi/rum est respectu alicuius subiecti p:ivatiuum habitus inferioris inferre p:ivatiuum habitus superioris: res/pectu alterius non: quia consequentia non est inter in/complexa sed inter ꝓpositiones. Tum quia omnis illa/tio pertinet ad tertiam operationem intellectus: sic igit secunda operatio intellectus que est compositio ⁊ diui sio supponit p:imaꝫ que est indiuisibiliuꝫ intelligentia: ⁊ non est compositio nisi in talibus: ita tertia operatio

presupponit secundam: ita quod in illa non erit aliqua illatio nisi in compositis vel diuisis. Tum quia omnis consequentia est reducibilis in silogismum. nihil autem est antecedens vel consequens in silogismo nisi propositio. igitur nihil est extremum consequentie nisi tale.

¶ Ad aliud dici potest sicut Aristo. in quarto metaph. capitulo de medijs: vbi probat principaliter quod medium componitur ex contrarijs: quia medium est magis vnius extremi ⁊ minus alterius. quia medium dictum per participationem participat vtrunq; extremū imperfecte ⁊ virtualiter neutrum tamen simpliciter et ideo denominatur a neutro simpliciter. ¶ Ad primum in contrarium dico quod sicut est compositio essentialis ex materia ⁊ forma: compositio quantitatiua que est ex partibus integralibus: ⁊ compositio secunduz gradus perfectionis: ita per oppositum est simplicitas ⁊ simplicitate opposita primis duobus modis compositionis est forma simplex. sed non omnis forma est simplex simplicitate tertio modo quia in aliqua cadez forma sūt diuersi gradus perfectionis ⁊ virtutis que compositio non repugnat simplicitati essentie forme. Ad exemplum de priuatiue oppositis: si concedatur hec consequentia est dissimilis illi igitur est dissimilis. quod videtur propter relationis rationem in dissimili. Dicendum est tūc quod dissimile absolute sumptum non opponitur simili absolute priuatiue: sed si vtrunq; sit secundum idē ad idem vt similis ⁊ dissimilis eidē vt in albedine ⁊ sic nō possunt ista duo dici de eodem. Uel aliter neganda est ista consequentia est dissimilis illi igitur est dissimilis. quia ad consequens sequitur igitur nō est similis quod non sequitur ad antecedens. tunc ad propositionem illam relatiuum respectu cuiuscunq; termini in ert seipsum absolute. concedatur quantum est ex ratione relationis: sed potest prohiberi ratione negationis quando in eodem coniungitur negatio cum relatione. sic est in relatiuis priuatiuis cuiusmōi est dissimilis. ¶ Ad secundā probationem de contrarijs si concedatur scutum huius modi est coloratum: potest dici quod non sequitur igitur est album vel nigrum: quia in illa consideratione q̄ accipitur dicit Aristo. quod quicquid denominatiue dicitur a genere vel habet genus oportet denominatiue dici a specie vel habere speciem: ⁊ per hoc innuit duplicē modum denominandi in accidentibus. vnum secundū esse: alium ſm ineſſe. quem duplicem modum tetigit i principio secundi. quod igitur genus denominat aliqua species denominabit vel secundum esse vel secundum ineſſe ⁊ ita est vere concedendum q̄ scuto ineſt albedo vel nigredo vel color medius: sed nō sequitur ergo scutum est album. quia in accidentibus non tenet ab ineſſe ad esse secundum Aristo. in principio secundi. ¶ Aliter potest dici quod scutum non est coloratum. quia verum est dicere quod nullo colore est coloratum. q̄ illius vniuersalis quelibet singularis est vera quia opposita quelibet est falsa. nec tamen est concedendum q̄ sit colorata quia forte sicut coloratum dicit vnitatem i forma ⁊ in subiecto: ita colorata dicit pluralitatem in vtroq; ⁊ neq; est vnitas in vtroq; neq; pluralitas in vtroq; sed vnitas in subiecto: pluralitas in accidente. ¶ Ad aliud dico quod non est inconueniens duorum accidentium intentionalium vtrunq; esse in vtroq; vt in subiecto quia quodlibet intentionale preter hoc quod est modus intelligendi alterius est intelligibile per se. quando ē modus intelligendi habet rationem accidentis quando est intelligibile est quid ⁊ potest intelligi sub aliquo quod est modus intelligendi eius: cuius tamen prius fuit modis intelligēdi. ⁊ ita potest respectu eiusdē esse intellectū ⁊ modus intelligendi. ⁊ hec est causa quare in accidentibus intentionalibus potest idem predicari de se denominatiue q; idem potest esse intellectum ⁊ modus intelligendi sub extranea ratōne sumptum ⁊ ita sub extraneis rationibus potest significari in concreto ⁊ in abstracto. sic patet quod hec diuisio tantum est oppositionis que est in incompleris: quia vno modo intendit Aristo. de oppositione in libro periermenias vbi distinguit oppositionē i enūciationib⁹. ¶ Dz etiā eius diuisio sic: quia primo est equoci i equiuocata. scōdo vniuoci in vtroq; sensu in vniuocata. ¶ Notandum quod contrariorum quedam sunt immediata quorum alterum necesse est i esse omni susceptibili: alia sunt mediata quorum non necesse est alterum ineſſe. ⁊ mediatorum quedam habent media per participationem que media aliquid habent vtriusq; extremi: quedam habent tātuz media per abnegationez. ¶ Mediatorum etiam quedam habēt plura media: quedam tantum vnum: ⁊ quedam media nominata quedam innominata. ¶ Dzo secunda diuisione tamen intelligendum q̄ nulla dicuntur cōtraria mediata propzie nisi que habent medium per participationem medium enim per abnegationez inuenitur i omnibus preterāz in cōtrarijs: sed forte in aliquibus contrarijs mediatis medium non nominatur nisi per abnegationem extremorum vt in bono ⁊ malo ⁊ consimilibus. Tertie diuisiōis ⁊ quarte causa assignatur in quarto metaphisi. capitulo quoniam autem vnum vni contrariuz ⁊c. que est q̄ aliquando negationes contrariorum cadunt super aliquid vnum determinatum eiusdē generis cum extremis ⁊ tunc potest esse vnum medium nominatum sicut negatio maioris vel minoris determinate cadit super habens eandem quantitatem ⁊ ideo illorum est vnum medium nominatum quia est equale quando autem negationes contrariorum non cadunt super aliquod vnum susceptiuuz: tunc non est vnū medium sed vel omnino remanet innominatum vel plura media innominata quando negatio extremorum cadit super plures formas eiusdem generis.

Quecunq; vero contrariorum sunt talia vt in quibus nata sunt fieri: vel de quibus predicātur: necessarium sit alterū eorū ineſſe: nihil medium eorum est. capitulo eodem.

Queritur. Utrū aliqua sint contraria immediata. Qd̄ non videtur q; si aliqua essent talia igitur eorum non esset medium ſm se. igitur essent contradictoria probatio prime consequentie quia si eorum est medium ſm se essent mediata. probatio secunde consequentie quia contradictoria sic diffiniuntur ab Aristo. i primo posteriorum. ¶ Contradictio est oppositio cuius non est medium ſm se. igitur que habent hanc diffinitionem sunt contradictoria. ¶ Item ſm Aristo. in littera contrariorum immediatorum necessario vnuz ineſt susceptibili. sed nulla sunt talia. igitur ⁊c. probatio minoris quia de quibuscunq; contrarijs oppositis vbi alterum non ineſt a natura arguatur sic non necessario est hoc ineſſe susceptibili nec necesse est illud. igitur neutrū necesse ē ineſſe. ābe singulares sūt vere igitur ⁊ vniuersalis. quia illa vniuersalis sufficienter inducitur per duas singulares. igitur eius contradictoria est falsa alteruz necesse est ineſſe ⁊c. ¶ Item inter contraria immediata si que sunt potest esse motus sed mobile dum est in motu sub neutro terminorum est, ergo possibile est subiectum esse sub neutro contrariorum immediatorum probatio secunde propositionis. Tum per Aristo. sexto phisicorum. mobile dum est in motu partim est in termino a quo partim in termino ad quem. Tum quia si

mobile esset in termino a quo simpliciter non moueretur q; tunc inciperet motus. si esset simpliciter in termino ad quem non esset motus quia tunc terminaretur motus. ¶Item si possibile esset fieri mutationem inter contraria immediata vt manifestum est mutetur sortes a sanitate in egritudinem: cum durationis sanitatis in sorte sit aliquis terminus: sit ille vltimus terminus .a. & primus terminus initialis egritudinis .b. aut igitur .b. & a. sunt vnum istans & tunc idem in vno instãti esse sub duobus contrarijs. aut sunt duo instantia igitur inter illa est tempus mediũ in quo non est sanus nec eger igitur illa sunt contraria mediata & sic de quibusdam alijs ¶Ad oppositum est Aristo. ¶Ad questionem dicendum q; aliqua sunt maxime distantia in eodem genere quorum alterum necesse est inesse susceptibili ergo aliqua sunt contraria immediata. consequentia tenet per locum a diffinitione: quia questio si est non scitur demõstratiue nisi per quid est per Aristo. in secundo posteriorum. ¶Ad primum argumentum dico q; illud non est medium fm se potest intelligi dupliciter vel q; sit negatio medij simpliciter. vel modus negationis. primo conuenit contrarijs immediatis. secundo modo conuenit contradictorijs. & ponitur in diffinitione eorum quia sola contradictoria nullo modo habent medium quia fm se inest ei non habere medium. omnibus autem alijs oppositis aliquo modo conuenit habere medium. ¶Ad secundum concedo hanc propositionem esse falsam. necesse est alterum contrariorum immediatorum inesse susceptibili prout alterum est signum particulare quia particularis numq; est vera nisi singularis sit vera. Pro cõmuni tamen modo loquendi intelligendum q; alterum communiter sumitur pro hoc vel illo. & illud est distinguendum secundum compositionem & diuisionem: cum sic dicitur necesse est hoc vel illud inesse subiecto in sensu compositionis est propositio vera: & ẽ propositio de diuiuncto predicato. in sensu diuisionis ẽ falsa & sic sumitur quando li alterum sumitur vt est signum particulare primo intelligit Aristo. & est communis intellectus quando dicimus necesse est alterum cõtradictoriorum esse verum & huiusmodi. secundum tamen q; pretẽdit virtus sermonis est propositio particularis. ¶Ad tertium dico q; toto tempore motus est subiectum sub forma priori & in vltimo termino motus sub forma posteriori & ita semper sub altero. ¶Ad primam probationem dico q; forma secundum quam est motus suscipit magis & minus & secundum illum gradum secundum quem est terminus a quo motus non manet in motu quia in toto motu remittitur magis et minus sed semper essentia termini a quo manet & ideo intelligendum est dictum Aristo. sic hoc est terminum a quo participat secundum aliquem gradum remissus & continue accedit ad terminum ad quez Similiter patet ad aliam probationem quia dum subiectum est in termino a quo fm illum gradum fm quem est terminus a quo non incipit moueri quando subiectum est in termino ad quem fm illum gradum fm quem est terminus ad quem tunc finitur motus. ¶Ad quartuz dico q; impossibile est accipere vltimum instans sanitatis seu alicuius forme permanentis in subiecto in quo termino illa forma habeat esse sed vltimus terminus durationis forme precedentis est primus terminus forme subsequentis in quo termino est forma subsequens et non precedens vt determinatur in octauo phisicorum.

Priuatio vero & habitus dicitur qui/ dẽ fieri circa idẽ aliquid. &c. ca. eo.

n **Notandum** q; specialis ratio istorũ oppositorum non est fieri circa idẽ q; hec conuenit alijs oppositis nec ẽ rõ communis fieri circa idẽ ordine quodã: q; nõ conuenit oĩb? priuatiue oppositis nisi intelligat' secundũ naturam scilicet q; sit aliquod subiectum aptum natuz prius natura habere habitum quam dicatur priuari & ita forte est de contrarijs: quia in omnibus subiectum naturaliter prius ordinatur in extremum perfectius quam imperfectius. sed ratio generalis istorum oppositorum est forma & carẽtia forme in subiecto apto nato. & per hoc principaliter distinguitur a contrarijs vbi neutrum extremum est sola carentia reliqui sed aliqua forma positiua.

Priuari vero & habitum habere non ẽ habitus & priuatio. &c. ca. eodem.

n **Notanda** est etiam illa consequẽtia Aristote. si priuari & priuatio idem essent de eodem predicarentur. quia ex hoc sequitur vniuersaliter denominatiuum & abstractum non esse idem.

Opposita autem et hec videntur esse. scilicet priuari & habitum habere tanq; priuatio & habitus. capitulo eodem.

s **Similiter** Notandum est illud dictum quod eadẽ est oppositio in cõcretis & in abstractis.

Quoniam autem priuatio & habitus non sic opponuntur: vt ad aliquid: manifestum est. capitulo eodem.

n **Notandum** Pro differentia quaz assignat Arist. inter priuatiue opposita & relatiue quod non omnia relatiue opposita dicuntur reciproce secundum eundem modum referendi sed solum ea que per se mutuo referuntur. vnde illa differentia est forte quorundam relatiuorum ad priuatiue opposita: sed prior differẽtia est vniuersalior. hoc valet pro intellectu tertie ppietatis relatiuorum: que est oĩa relatiua dici ad conuertẽtia hoc ẽ mutuo ad inuicem q; propietas in aliquib? relatiuis vera ẽ fm eandẽ rõnem referendi vbi vtrũq; extremũ ẽ per se relatiuum ad aliud: in alijs non sic vbi vnũ extremũ p se refert ad aliud & illud nõ ad ipsum nisi per accidẽs. Vel aliter põt dici quãtuz ad ppositum q; z nõ oĩa relatiua dicãtur reciproce tñ oĩa relatiue opposita dñr reciproce q: illa relatiua vbi nõ vtrunq; dñr p se ad aliud nõ sunt relatiue opposita q: non sunt ãbo in eodẽ genere. scibile enim nõ ẽ in genere relatiõis nec vt relatiuũ nec vt relatio p se. & ita de alijs relatiuis ad q; alia dñr per se & nõ ecõuerso: & secũdũ hoc hec dña inter relatiue opposita & priuatiua est generalis.

Quoniam aũt neq; vt cõtraria opponũtur ea q; fm priuationẽ & habitũ dicũtur ex his manifestum est. &c. ca. eo.

n **Notandum** Ad duplicẽ assignat. Arz. dñaz int ꝓria & priuatiue opposita: vnã sũptã. q. a diuisiõe ꝓri ox talẽ ꝓriox mediatox nũq; necẽ ẽ altex inesse susceptibili: z̃ ꝓuatiue oppositox sp necesse ẽ altex ĩesse: postq; subiectũ natũ ẽ ea suscipere. ergo ꝓuatiue opppsita nõ sunt contria mediata. Immediatorum necesse est sẽper alterum inesse susceptibili: quia semper susceptibile eorum est natum ea suscipere priuatiue. oppositorum nõ est necesse altex icẽ q: nõ sẽper subiectuz natũ ẽ ea suscipere. ergo priuatiue opposita non sunt contraria immediata. preter hec adiungit vnum membrum q; inutriq; cõtrarijs accidit aliquando vnum extremum inesse

a natura. quod non accidit in priuatiuis.

Arta Hoc potest queri vtrū possibile sit aliquorum contrariorū vnum determinate inesse a natura. alicui subiecto. Qđ non vr̄ quia dicit Aristoteles in secundo topicorū. q; si alicui subiecto assignat' aliquod predicatus inesse si contrarium predicati nō possit inesse nec propositum ineſt igitur nulli subiecto ineſt vnum contrarium imediate. Item cōtraria nata sūt fieri circa idē. ergo non ineſt alicui nisi quod natus ē suscipere alterum igitur neutrū determinate ineſt. Itē hoc videtur specialiter in illis in quibus exēplificat Aristo. ignis enī nō vr̄ determinate calidus neq; aqua frigida q; oēm generationē p̄cedit alteratio igit' generationem ex igne precedit alteratio ignis per quam in duc̄untur qualitates aque sed in tota alternatione manet forma ignis. q; per Arī. in octauo phisicorum. in tota transmutatione manet subiectus sub forma priori. ergo ignis potest manere ignis ⁊ non esse calid⁹ ⁊ ita de omnibus transmutabilibus secundus illas qualitates quas habent. q; generaliter secundus cōtraria videtur posse fieri mutatio. Ad oppositus est Aristotiles. Ad. q. dicendum q; possibile est in aliquibus extremis vnū contrariū inēe a natura alicui subiecto quod ad min⁹ ꝓ̄ de speciebus contrarijs in genere. vbi est p̄prie contrarietas ⁊ q̄ constituunt' per differātias ꝓ̄prias contrarias ⁊ vtrique determinate ineſt sua dr̄a ita q; nō ē possibile oppositum ineſſe sicut patet in passionibus qđ aliquod subiectus secundū suā naturā est principium per se alicuius passionis habētis ōrium cuius passionis contrarium non p̄t ineſſe cū ipsa passio sequat' formam subiecti. Ad primum argumētū dōm qđ consideratio Aristo. intelligenda est secundus aptitudinem nō secundū potentiaz quia si vnū ōrium insit reliquū aptum est in esse ⁊ non tamen oportet q; possibile sit reliquus ineſſe. Ad secundū dicēdum q; illa diffinitio est vera secundū generalem rationem contrariorum: q; quātum est ex hoc cui ineſt vnus cōtrarium natum est ei i esse reliquus sed nō oportet quod sit idē de quibuscūq; contrarijs cōparatis ad quodcunq; subiectus nisi forte loquendo de illo subiecto secundum genus q; subiectū aliquod secundus suā p̄priaz rationez determinat sibi contrariū vnus hoc nō est ex ratione contrariorum nec ratione generis talis subiecti. forte hec secunda particula additur p̄o specib⁹ que determināt sibi aliquas differentias contrarias determinate quod licet forte sit ⁊ a parte specieruz. ⁊ differentiaruz nō tamen ineſt speciebus per naturam generis. Ad tertium p̄t concedi quod qualitates elementorūz: non insunt eis a natura neque determinate quia forme substantiales eorum possunt manere sub oppositis qualitatibus vt patet in alteratione precedente corruptionē elemētoꝝ. in illis tamen exēplificat Aristoteles. quia secundum cōmunem conceptionem ille videnť consequi inseparabiliter formas elementares. Uel aliter potest dici q; quelibet q̄litas ſm aliquē graduz determinate ineſt suo elemento ⁊ ſm illum nunq̄ amittitur in transmutatōne licet ſm perfectissimum gradum possit amitti q; secundum illū gradum non ꝓsequit' inseparabiliter formaz ignis Uel alit qđ iste qualitates cōsequunt formam ignis in suo perfectissimo esse quale esse non habet in transmutatōe cum tendit ad corruptionez.

Amplius ⁊ in contrarijs quidem existēte suscep-
tibili possibile est in alterum fieri mutationem nisi alterū naturaliter insit ⁊ cetera capitulo eodem.

n Ecundam Differentiā ponit. Aristo. inter contraria ⁊ priuatiue opposita iter ꝓtraria est mutua trāsmutatio int' ꝓpriuatiue opposita nō q; ab habitu p̄t fieri trāsmutatio i ꝓpriationē cecū uerso nō.

Arta Hoc p̄t queri. Utrum i a priuatione possit fieri regressio in habitum. Qđ sic videť: q; ſm Aristo. primo phisicorū. priuatio ⁊ forma sunt duo principia transmutationis ita q; priuatio est terminus a quo ⁊ forma terminus ad quem sed a termino a quo ad terminuz ad quem est transmutatio igitur ⁊ ē. Itē hoc patet in exemplo: tenebra enī opponit' luci priuatiue alioquin illuminatio medij eēt cum motu ⁊ successione. qđ improbatur secundo de anima cōsequētia patet q; vnum contrarium nō abijcitur ⁊ reliquū non acquiritur sine motu sed a tenebra ad lucez possibilis ē regressio manifestus est igitur ⁊ ē. Item omniuz cōtrariorūz alterū includit priuatiue oppositum alterius per Aristo. decimo metaphi. ⁊ hoc non obstante inter contraria est transmutatio igit' ⁊ inter priuatiue opposita. Ad oppositum est Aristo. Ad istud dici potest q; loquendo generaliter de priuatiue oppositis non est impossibile vniuersaliter a priuatione esse regressuz ad habitum. q; sic loquendo priuatio dicitur esse carentia forme in subiecto quando aptum natum est habere ⁊ a tali priuatione possibile ē esse regressum ad formam.

Unde illud dictuz. Aristo. ē verum de aliqua priuatione particulariter. ideo prima differentia quam ponit Aristo. inter contraria ⁊ priuatiue opposita est generalis. Ista secunda est particularis. Ad saluandum igitur dictuz Aristo. distinguit' priuato tripliciter. vno mō sic. Quedaz est priuatio que ē carentia forme ad quam non ordinatur subiectum nisi mediante habitu. Alia ad quam ordinatur non mediante habitu. Alio modo sic. quedam priuatio priuat habitum ſm actum ⁊ secūdum potentiam. alia priuat tātū actū. Tertio modo sic priuatio quedam est cuius habitus ineſt a principio innato cuiusmodi est cecitas. q; visus est a principio intrinseco. Alia est priuatio cuius habitus ineſt a principio extrinseco vt tenebra in medio. De priuatione quocunq; istorum modorum primo modo dicta intelligit Aristo. secundo modo non videť tamen prima distinctio esse minus competens: quia nullum subiectum videtur ordinari in priuationem mediante habitu. vel intelligetur sic q; subiectum non est natum recipere priuationem nisi prius recipiat habitum. hoc enim est manifeste falsum: quia aliquis non prius videns potest ē cecus vel sic intelligitur nisi prius natus sit cecus recipere habitum ⁊ sic distinctio nulla q; sic omne subiectum ordinatur in priuationem mediante habitu. ratio autez quare Aristo. intelligit de primo membro ⁊ non de secūdo est manifesta ex ipsis verbis diffinitionis. Quare autem possit intelligere de primo membro tertie diuisionis ⁊ nō de secūdo causa est quia quando habitus qui est a principio intrinseco non ineſt tunc in subiecto non est principiuz sufficiens illi⁹ habitus ⁊ cum natura trāsmutabilis semper tendat in non esse non est possibile illō principium recuperari in subiecto ⁊ ita nec habitum illum induci. si igitur priuatio talis habitus aliquando insit impossibile est postea habitum illum ineſſe. sed quādo habitus est a principio extrinseco vt lux in medio a corpore luminoso tunc iz priuatio aliq̄ insit possibile ē tñ ab illo extrinseco habitū induci. Ad argumēta p̄z quia argumenta prima procedunt de priuatione vno modo: ⁊ argumenta ad oppositū de ꝓpriatione alio mō quare sicut dictum est illa dr̄a non est generalis inter

priuatiue opposita ⁊ ȝria. multa enim sūt opposita vbi vnuz est tantuz; carentia alterius in apto nato que non possunt aliter opponi nisi priuatiue ⁊ tamen non habēt hanc proprietatē: puta lux ⁊ tenebre que si essent cōtraria non posset alteruz expelli ⁊ alteruz induci sine motu ⁊ ita non posset mediuz in instanti illuminari. cuius oppositū habetur in secundo de aia. possibile ē enim iniustuz facere alia opera iustitie. q: iniustitia non necessitat ad faciendum iniuste licet inclinet ⁊ per frequenter iuste agere potest acquirere habitū iustitie. igit potest ab iniustitia transmutari ad iustitiā. ¶ Aliter potest dici ad q̄stionez q̄ inter contraria mutuo est motus ꝓprie dict? q: vtrunq; ē aliqua natura positiua nec potest expelli nisi in tēpore sed a priuatione in habitū nunquaz est motus ratione priuationis q: materia subiecta priuatioi tātum habet carētiā forme. ⁊ cum hoc tamen stat q̄ sūme fit dispositа ad suscipiendū formaz ⁊ ita non oportet illaz moueri ad illā: sed statim presente agente recipere illam sine motu. secundū hoc ē dicenduz q̄ hec differentia est vniuersalis inter contraria ⁊ priuatiue opposita. ¶ Ad primuz argumentū potest dici q̄ a priuatione que est principiuz in formā non est motus ꝓprie dictus nisi quādo priuatio coniungit contrario. ¶ Ad secundum patet ex illis exēplis qualiter nō ē motus a priuatione in habitum. ¶ Ad tertium non sequit non ē motuz inter contraria q: non est iter priuatiue opposita. q: extremuz ignobilius contrarietatis nō tantuz est priuatio reliqui sed cuz hoc est aliqua forma positiua ⁊ iō nō potest expelli sine motu.

Quecunq; vero tanquam affirmatio ⁊ negatio ⁊c. capitulo eodem.

b Ic Assignat Aristoteles differentiā iter cōtradictorie opposita ⁊ omnia alia q: in omnib? aliis non oportet alterū extremum esse verū alterum falsuz in his autem oportet: vel q: nulluz aliorum necessario vere inest ⁊ aliud falsе sed in contradictorijs alterū vere ineſt alterum falsе. ⁊ sic loquit de contradictorijs incōplexis. vel q: nullum aliorum oppositorum est veruz vel falsum q: incōplexuz ⁊ contradictoria sunt cōplexa. secundū istuz sensuz magis videt intelligere ibi. omnino aūt que sine cōplexione dicūtur nihil verū neq; falsum est. ⁊ omnia alia que dicta sunt sine cōplexione dicūtur. alia idest acōtradictorijs. ⁊ tunc intelligendū q̄ contradictio de qua hic loquit nō tantuz sit icōplexis quānis hic loquat ꝑncipaliter de oppositione icōplexoz: quia ꝓtradictio forte vniuoce inuenitur i ꝓpositionib? ⁊ in terminis. nō sic forte in alijs oppositionib? q: ista est magis intentionalis. est enim simpliciter intētionale. ¶ Adiungit postea q̄ licet subiecto existēte oporteat alteruz contrariorum immediatoz ē veruz de illo: non tamen hoc oportet subiecto non existente. sed in contradictorijs siue subiectū sit siue non sit semper alteruz est veruz de subiecto ⁊ alterum falsum. quia siue sor. sit siue non: semp hec ē vera sor. languet vel sor. non languet.

i Exta Hoc querit vtrum in negatiua subiectum stet ꝓ ente ⁊ ꝓ nō ente indifferēter. ¶ Q̄d sic videt q: ista sor. non languet non esset vera forte non existēte nisi subiectuz staret ꝓ non ente: quia aliter sensus esset sortes qui est non languet ⁊ eius cōtradictoria ē falsa forte non existēte. ⁊ sic duo ōdictoria cēnt simul falsa ¶ Dicetur ad istud q̄ quando terminus supponit nō habēs plura suppositа sicut terminus discret? possibile est tale subiectuz stare ꝓ non ente sed hoc non ē possibile de termino cōmuni. ¶ Contra hoc ponatur vnū horuz ē hec est falsa omnis hō languet. ¶ Ad solutionē huius questionis oportet prescire quid significat ꝓ terminum ⁊ que sunt eius per se suppositа. q: ex hoc est concludendū ꝓ quo? per se supponit terminus in oratione. in omni enim propositione affirmatiua siue negatiua supponit ꝓ eo? per se suppositis: ⁊ ideo de hoc forte fiet intentio in libro periermenias. vbi illa sunt magis propria.

Contrarium autem est bono quidez ex necessitate malum ⁊c. cap. eodem.

n Notandum Q̄d ōtuor ponit Ar. proprietates tōtrariorū. ¶ Prima ē q̄ semper bono contrariatur maluz sed malo q̄ndoq; maluz: quandoq; bonuz: que intelligenda est non solū de istis formis bonuz ⁊ malum: quia ista sola inter se contrariant ⁊ nūq; maluz malo ratione forme mali: sed de his que subsūt q: aliquando illud quod est maluz contrariatur ei qđ ē malum. sicut ⁊ in propositionibus aliquando illud qđ est falsum contrariatur ei quod est falsum: q: ambo cōtraria possunt esse simul falsa.

Amplius vero cōtrariox nō necessariuz est: si alterū est ⁊ reliquuz esse. ⁊c. ca. eo.

s Secunda Est vno contrariorum existente nō oportet reliquuz esse vt omnibus existentibus sanis sanitas est ⁊ non egritudo. vel si forte absolute sumpta non sint contraria nisi in cōparatione ad idez subiectum vt sanum ⁊ egrum circa sortem cum impossibile sit ipsa simul ineſse eidem subiecto: impossibile est vno existente reliquum esse. primum forte est verius q: forte inter se sunt cōtraria. probatio quia ex se maxime distant in eodem genere. ¶ Contra hanc proprietatem in? de celo ⁊ mundo habetur si vnum contrariorum est in natura ⁊ reliquum: igitur vno existente oportet reliquuz esse. ¶ Ad hoc potest dici quod illa propositio nō est vera de esse in actu tantum sed de esse in actu vel ē in potentia: ⁊ de contrarijs que mutuo se expellunt circa idem subiectum: quia tunc si vnuz contrarium ē subiectum eius est si subiectum eius est igitur reliquuz cōtrarium est in potentia: quia illud subiectum est in potētia ad alterum contrarium.

Palam autem est: q̄ circa idez aut specie aut genere natura habent fieri contrarietates. ⁊c. capitulo eodem.

t Certia Proprietas est. q̄ habent fieri circa idem specie vel genere: que notanda est quia licet alicui speciei repugnet vnum contrarium vt albedini cōgregatiuum. tamen illa contraria habent fieri circa idē genere vt circa colorem qui est in diuersis speciebus q: sic tantum est idem genere. ⁊ hoc valet ꝓ eo quod prius dictum est q̄liter diffinitio ȝriorum sit intelligenda.

Necessariū ē oia contraria vel in eodez genere esse: vel in contrarijs generibus: vel ipsa genera esse. ⁊c. capitulo eodem.

q Quarta Proprietas est quod contraria vel sunt in eodez genere. vel in cōtrarijs generibus. vel sunt genera aliorum. ⁊ istud est intelligendū de generibus primis. semper enim contraria sunt in eodem genere ꝓ nisi sint forte trāscēdētia. ⁊ tunc equiuoce sūt in diuersis generibus. vt forte bonū ⁊ maluz ꝓut sunt trāscendentia sunt hmōi: prout aūt accipiūtur i moribus sunt genera mox. ¶ Intelligēdum tamē q̄ primo mō

prout scilicet bonum cõuertitur cum ente nihil dr̃ simpliciter malus nec sic bonum ⁊ malus contrariant̃ sed tñ modo dr̃ bonum ⁊ malũ in cõparatiõe ad aliud q: s. deficit a perfectione entitatis alterius.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. ⁊c̃. capi. de prioꝛi.

Queritur Utrũ Ax. cõuenienter assignet modos prioris. Q̃ non vr̃: q: multo plures assignat in quinto meta. puta pr̃i in loco. prius fm cognationẽ. pr̃i fm motũ. ⁊ plures alios igit̃ ⁊c̃. ¶ Itez quot modis dr̃ vnũ oppositoꝝ tot ⁊ reliquũ sz simul opponitur ei qõ est prius ⁊ nõ hz quinqz modos sed tantuz quattuoꝛ p Aristo. ibidẽ igit̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ nihil ẽ pr̃i secũdum tẽpus igit̃ primus modus inconuenient̃ ponit̃. pbatio antecedentis: q: pr̃i est qđ est principio propinquus p Ax. quinto metha. sed nullũ ẽ principiuz in tẽpoꝛe q: est infinitum p Aristotilem in octauo phisicoꝝ. ¶ Itez secundus modus inconuenienter assignat̃. pbatio q: consequẽtia est inter ꝓpositiones: sed prius de quo hic loquit̃ est in incõplexis. igit̃ consequẽs a quo non conuertitur cõsequẽtia non debet dici prius aliquo mõ ille tamen ponit̃ secundus modus prioris. ¶ Itẽ a parte integrali non cõuertit̃ cõsequẽtia ad totũ vt patet in exẽplo Aristotelis duo sunt igit̃ vnũ est ⁊ nõ econuerso. ergo pars integralis est prioꝛ toto sc̃do modo prioris. sz hoc est falsum q: fm Aristo. septimo mataphisice. i diffinitione aliquaꝝ partiuz integraliuz cadit totuz: sed diffiniens prius est diffinitio per Arist. vj. topicoꝝ. ¶ Itẽ videtur qꝫ ad totum integrale non sequit̃ pars cui⁹ oppositus dicit̃ in littera. tuz q: oĩs bona consequẽtia ẽ reducibilis ad silosimuz sed illa nõ. pbatio q: si ista consequẽtia domus ẽ igit̃ paries est: reducet̃ in silogisimum hec ꝓpositio domus ẽ non posset esse mino:: q: predicatum eius debet esse predicatum conclusionis. igitur oporteret qꝫ eẽt maioꝛ. sed paries cuz sit subiectuz conclusionis directe est minoꝛ extremitas ⁊ domus cuz sit subiectuz maioꝛis est medius terminus. oporteret igit̃ ad reductionẽ illius consequẽtie assumere talez minorẽ paries est domus. ⁊ ita vniuersaliter in alijs totis integralibus ⁊ partibus. sed omnis talis minoꝛ ẽ impossibilis: q: per Ax. in quarto topicoꝝ nullo modo pars de toto predicat̃: igit̃ omnis talis consequẽtia tenens virtutẽ talis minoꝛis est inutilis. Tuz q: consequentia alicubi tenẽs vbiqz tenet: sz totũ integrale respectu alicui⁹ predicati non infert ptẽ puta respectu huius qõ est maius parte vel cõponi ex partib⁹ vel esse talis figure vel talis igit̃ nusquaz infert. ¶ Itez hoc secundo mõ dicit Aristo. genus ẽ prius specie ⁊ hoc ẽ falsũ. pbatio. Tũ q: in primo de anima vl̃ aut nihil est aut posterius ẽ. Tum q: genus ⁊ spẽs sunt correlatiua p porphirium igitur sunt simul natura. ¶ Itez quintus modus videtur male poni vbi causa dicitur prioꝛ causato ⁊c̃. ⁊ esse rei prius veritate sermonis: q: causa ⁊ causatum referunt̃: signũ ⁊ signatuz referunt̃: igitur cã ⁊ causatũ sũt simul natura. ⁊ similiter esse rei qõ est signatuz ⁊ veritas sermonis qõ est signum. ¶ Ad oppositum est Ax. ad. q. dicenduz secunduz Ax. quinto meta. capitulo de prioꝛi in pricipio. generalis ratio prioris in omnib⁹ modis est esse propinquius principio. quotcũqz igit̃ modis potest sumi principiuz: cuius distinctio pz in principio quinti meta. ⁊ quotcũqz modis potest aliquid esse propinquius principio quocũqz modo sumpto: tot diuersis modis dr̃ prius. sed hoc põt pluribus modis accidere cz hic enumerẽtur vt manifestũ est ibidem i gnto. igit̃ hic nõ ponunt̃ omnes modi prioris sed quantũ sufficit ad ꝓpositum. sed forte solus secundus modus q est in consequendo ẽ hic ad propositum fm quez modũ genus dicitur prius specie in vno predicamento. ⁊ forte quintus qui ẽ in causando q: substantia ẽ causa omnium accidentiuz. Alij tres modi qui sunt tẽpoꝛe ⁊ ordine ⁊ honoꝛe ponunt̃ nõ vt principaliter intenti sed vt per illos manifestẽtur modi principaliter intenti. Ad primũ argumentuz dico qꝫ in quinto metaphi. distinguit̃ prius inquantũ est differentia entis. hic autem principalit̃ secunduz qꝫ ẽ passio eoꝝ que sunt in generib⁹ predicamentoꝝ inquãtuz considerant̃ a ratione ⁊ sic sumptuz habet omnino diuersos modos. vnde qui principaliter intendunt̃ hic ibi omittunt̃ ⁊ econuerso. concedo igit̃ qꝫ nõ ponit hic omnes modos prioris nec forte illos ad quos oẽs sunt reducibiles sufficientes tamen ad ꝓpositum enumerat ⁊ quosdã alios ad illoꝝ manifestationez. ¶ Ad secundum dico qꝫ omnino tot modos habz simul quot ⁊ prius. sz nõ ponit Aristoteles omnes ei⁹ modos vel quia sufficienter haberi possunt per modos prioris: vl̃ quia sufficit sibi ponẽ illos modos simulatis qui sunt ad propositum que sunt inter que est consequẽtia mutua cuz neutrum sit causa alterius ⁊ vt species ꝓdiuidentes ex opposito idez gen⁹: quoꝝ vtrũqz opponit̃ secundo modo prioris qui est principalit̃ ad propositum ⁊ adiungit simul tẽpoꝛe vt p hoc reliqui inotescant. ¶ Ad aliud dici potest sicut dicit Aristoteles quinto metaphi. capitulo de prioꝛi. qꝫ prius ⁊ posterius sumuntur in tẽpoꝛe p cõparationez ad presẽs nunc signatum: sed econtrario in preteritis ⁊ futuris. quia in preteritis remotius ab hoc nunc est prius. in futuris propinquius huic nunc est prius. Ad quartum dico qꝫ aliquãdo est cõsequẽtia inter ꝓpositiones tñ ratiõe incõplexoruz ⁊ tunc illud incõplexuz in cõsequente ratione cuius sequit̃ ad antecedens ⁊ non econuerso ẽ prius illo in antecedẽte rõe cui⁹ antecedẽs infert consequẽs. ¶ Ad quitũ põt dici qꝫ põt ꝓcedi qꝫ omnis ps integralis sine qua totũ non põt eẽ ẽ poꝛ toto sc̃do modo prioris. ¶ Et cuz arguit̃ aliqua talis pars diffinitur p suuz totuz igit̃ est posterius toto. ꝓcedo qꝫ sit posteri⁹ toto alio modo vt forte gnto: q ẽ in cãndo sz nõ sc̃do mõ q est in ꝓsequẽdo sicut ad principiũ speciale segt̃ ꝓclusio in terminis generalib⁹ ⁊ nõ ecõuerso vt ad hãc omnis triãgulus hz tres angulos segtur hec figura hz tres angulos vbi principiuz ẽ pr̃i gnto mõ. i. in cãndo. sz ꝓncipiatũ ẽ prius secũdo mõ idest i ꝓsequẽndo. vñ secũdus modus non dz poni prius sc̃dm nãm sed sc̃dm ꝓsequẽtiaz. ⁊ quint⁹ modus prius sc̃dm nãm vel secunduz causalitatez. vñ versus. Tẽpoꝛe quod sequit̃ prius ordine dic ⁊ honoꝛe. Causãdo quoꝝ quartus modus est alienus. ¶ Ad aliud potest dici qꝫ totuz integrele infert ptem integralem esse de illa parte sine qua totum nõ potest esse. ⁊ ita forte totuz infert partem respectu illoꝝ predicatoꝝ q̃ non possunt inesse toti nisi insint parti vt domus est alba. igit̃ paries est albus. sed respectu predicatoꝝ que pertinent ad diuersitatez totius ⁊ partis: non tenet talis consequẽtia vt domus est cõposita ex talibus: nõ sequitur igitur ⁊ paries. cum arguitur de reductione talis consequentie in silogisimum: potest sic reduci omne illud sine quo domus non põt esse vel omnis pars integralis domus est: si domus ẽ paries est huiusmodi igitur paries est si domus est. intelligendo maioꝛem esse de cõditionato ꝑdicato ⁊ cõclusionẽ fimil⁹ vbi sumitur p medio illõ vñ tenuit ꝓsequntia enthimematica. ¶ Et cũ arguit̃ qꝫ talis ꝓsequẽtia nõ tz vbiqz pz q: totũ integrale infert ptẽ vbiqz respectu eẽ ⁊ respectu alioꝝ ꝑdicatoꝝ que non ptinent ad diuersitatẽ totius ⁊ partis sed nõ oportet ex hoc qꝫ inferat ipsum respectu cuiuscunqz

Queritur Utrū terius cois possit restringi ⁊ dicēdum q sic ⁊ rō quorūdā est qa ꝓpositio q ꝓponit res verbaliter signata cū sbo: tpe p̄senti mē surat eadē mēsura q̄ mensurat cōpositio: necessariū est extrēa mensurari: ⁊ ideo subiectū quod est alterū extremum non excedit in supponendo suppositā temporis quo mensuratur. ¶ Contra que non se consequit ad intelligere nō ꝓsequit se ad segregare nūc aūt q itelligit ꝓpositionē aliquorū extremorū p̄sentez nō est necesse q cointelligat extrema illi⁹ cōpositionis esse p̄sentia. possumus enīz presentialiter componere q̄ sunt futura: ergo presentia alicuius cōpositiōis ad extrema necessario nō refert. ¶ Itē illō nō est p̄ncipiū restrictiōis termni qō nō est p̄ncipiū intelligendi ipsius nūc aūt terminus cō significat⁹ nō est p̄ncipiū intelligēdi subiecti qz illud qō est p̄ncipiū intelligēdi alterius in idē extremū cadit cum ipso qō a pte pdicati cadit nō restringit sbm vt cū dicit hō est alb⁹. si enī sic ista esset vera ois hō est albus pro eisdē enīz supponit termin⁹ in indistinita ⁊ vli. ¶ Item tēp⁹ est accidens absolutū verbi. iō nō regrit substantiā a pte sbi sub ꝓformitate tpis. Itē si sic cū dico. b. pōt esse. a. restringeret. b. ad supponendū p p̄tīb⁹ tm̄ qō ē falsū nō enī sic dicēdo restringitur. ¶ Alij aliter dicūt q cā restrictionis accipit a pte finis sermōis. sermōes enim inuenti sūt ad hoc q nostros cōceptus alijs exprimere possimus. Sicut si intelligat hoc p̄dicatiue huic inesse: hoc alij significare possum sed nō aliter nisi p verbū p̄sentis tpis ergo est necesse sic restringi. ¶ Cōtra cū finis sermonis nihil sit aliud q̄ eius significatio dicere: ergo qō terminus restringit qz hoc exigit eius finis est dicere q terius restringit qz hoc significat sed hoc non significat nisi qō terius restringit ⁊ ita petitur: qō manifestari dz. ¶ Itē lz sermones inuēti sint vt alijs cōceptus nostros exprimamus: non tm̄ quēcunq̄z conceptuz indifferenter per quēcunq̄z sermonem exprimere possumus: sed determinatum conceptum per determinatum sermonem: sicut licet securis sit inuenta ad scidendum: tamen non dicitur frustrari licet hoc scindere non possit. similiter licet terminus subiectus verbo de presenti non significet preteritum inesse subiecto pro his q̄ presentialiter sunt a fine sic⁹ nō frustrātur quia hoc per alium sermonem significari potest. ¶ Item si propter hanc causaz dicitur restringi vt alijs significemus conceptus nostros frustrantur finis: quia possum intellige re subiectum vt abstractum ab omni tempore ⁊ vt sic intellectum volo significare aliquid sibi presentialiter in eē: sed si restringitur ad suppositā presentia: patet quod intellectum alijs significare non possum quia insignificā do alius constituitur intellectus. ¶ Item finis sermonis est rei significate intellectum constituere sed res significata per terminum nominalem nullam differentiam temporis concernit: ergo talem intellectum constituit. ¶ Ideo dicitur aliter: quod ideo terminus restringitur quia alia suppositā quam presentia non sunt sub termino: quia terminus in supponendo non supponit nisi pro suis suppositis. ¶ Contra non plus exigitur ad suppositum quam ad aliud cuius est suppositū non includit esse cum abstrahatur abesse. ergo de ratione suppositi non erit esse: quia tunc plus includeret suppositū quā illud cuius esset suppositū. Item illud quod est ⁊ illud quod non est sub eadem ratiōe ad intellectū veniunt: quia intellectus ab eo qō nomine sortis significato

catur potest abstrahere rationem hominis: sicut ab eo quod significatur nomine cesaris. ratio ergo sic abstracta ab utroq; cū abstrahatur apud intellectum est indiuisa: ergo terminus significans hanc rationem significat commune vniuoce illis duobus: ergo per eandem rationem qua vnū erit suppositum ⁊ reliquū. ¶ Ideo adhuc dicendū quod terminus supponens verbo de presenti restringitur: ⁊ causa est actualis inherentia predicati ad subiectum. nam actualis inherentia exigit terminum supponere pro his pro quibus hanc actualitatem potest determinare. nunc autem terminus supponens pro suppositis actualem inherentiam eorum terminare nō potest nisi pro his que sūt. verbi gra: calefactibile vt ad calefactionē referē terius calefatiōis ē solū p his in quib⁹ derelinqtur dispositio per calefactionez generatur. ideo calefactibile vt ad calefactionem referē solum pro calefactis supponit ideo calefactibile secundū se ad calefacientem non dicitur sicut vult commentator: sed actualiter ad calefacientem in actu dicitur pro calefactis ⁊ pro alijs solum potentialiter. eodem modo ex parte ista si consideremus subiectum vt est terminus alicuius inherentie ⁊ vt hec actualis inherētia sibi adiacet ita qō sub ratione eius consideretur: non supponit pro alijs nisi pro quibus actualem inherentiā determinare potest hoc est satis possibile sic considerare: quia actualis inherētia a predicato incipit ⁊ ad subiectū terminatur ⁊ quia possibile est considerare terminum sub ratione illius quod terminatur ad ipsum: qui si sic consideretur sub ratiōe illius accipietur. ⁊ ideo sub termino sic supponente non conuenit accipere aliquid nisi illud de quo pōt terius actualiter p̄dicari. ⁊ talis sumptio suppositi cognoscitur per suppositionem subiecti: exquo sumi non potest sub respectu talis inherentie nisi illud de quo terminus predicatur actualiter eiusdem signum qō est terminus respectu talis inherentie pro alijs non supponit. ideo ad hoc respiciens Ar. in libro priorum dicit quod maiore existente de messe non posset sumi subminor de contingenti ⁊ hoc regulariter. nā cum sumo minorem de contingenti sumo aliquid pro quo non supponit terminus in actuali inherentia illius de inesse ⁊ illud potest aliter patere. nam si significatur potentialiter aliquid inherere subiecto: nō exigitur subiectum supponere respectu talis inherentie pro his q̄ actu sunt ⁊ hoc quia istam inherentiam terminare potest indifferenter: vel pro his que actu sunt vel pro his que contingunt ⁊ sic dico quod .b. potest esse .a. q: hec est potentialis inherentia alicuius ad aliquid nō actualis: ⁊ ideo subiectum hanc inherentiam terminans potest equaliter supponere pro his que sunt ⁊ que erunt ideo .b. potest esse .a. illa ē multiplex scōm compositionem ⁊ diuisionem. ¶ Sed cōtra hoc actualis inherentia dependet ex eo q̄ actus inheret: sed actus inherens non potest terminū restringere igitur nec eius actualis inherentia. ¶ Item si dicatur animal loquitur inherētia huius actus ad animal restringeret aīal pro animali loquente ⁊ sic hec esset vera omne animal loquitur.

¶ Item actualis compositio extremorum non restringit extrema: ergo per eandem rationem nec actualis inherentia. ¶ Ad primum dicendum q̄ actus actualis cum potentiali siue actuali inherentia restringere non potest subiectuz: nec actualis inherentia cum illo actu: immediatius tñ restringit sbm pactualem inherentiam quam per actuz cuius ē q: actus cuius est nō est ita immediate sbo adherēs sicut actualis inherētia: q: actualis inherētia est in subiecto sicut paternitas in filio ⁊ etiam sicut ignis siue calore calefacere nō potest: sic actus actualis alicui⁹ sine actuali inherētia restringere nō potest: ⁊ calor sine igne non calefacit: sic̄ actualis inherētia in termino supponente sine actu nō restringit. ¶ Ad aliud dicendum q̄ actualis inherentia alicuius act⁹ inherentis nō requirit in termino supponente alia necessaria nisi supposita actu existētia: ⁊ q: sub animali sunt multa suppositā quantum est ex parte actualis inherētie non restringit animal nisi ad animal in actu: ⁊ quia animal in actu potest esse indifferenter loquens ⁊ non loquens ideo non magis restringetur ad loquens quā ad non loquens ideo sic dicendo omne animal loquit̄ est oratio falsa. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ actualitas cōpositionis potest eē sine actualitate extremorum: ⁊ hoc quia presentialitas compositionis ad compositionez refertur non ad extrema: potest enim compositio esse presens cuius extrema sunt futura: sed actualis inherentia non potest esse sine actualitate inherētis q: ab eius esse denoīatur inherentia actualis vel potentialis. ideo non est simile hinc inde. Si obijcitur ad principale q̄ terminus supponat pro non existentibus: quia termin⁹ pro illo supponit ad quod sequitur: sed ad non existens sequitur quia sequitur antixp̄s currit ergo homo currit antixp̄s est non existens. Dicendū q̄ non sequitur nisi posito q̄ antixp̄s sit homo quod patet reducendo illaz cō sequentiam ad formā silogisim: ⁊ tunc per oppositum antixp̄s est ens: ⁊ ideo homo supponit pro eo: quia nō sequitur nisi sit ens. Uel potest dici q̄ si aliquid sequitur ad aliud ratione illius in sevt homo ad hominē hūe qui est: sic est maior vera. si autem ratione adiuncti qō tamen adiunctum exigat q̄ sit cū tamen in veritate non sit: non sequitur q̄ terminus sub eodem predicato supponat pro illo. ¶ Item cum dicitur si terminus restringeretur a parte subiecti hec esset bona consequentia homer⁹ est aliquis vt poeta ergo homerus est. hanc consequentiam negat philosophus. Dico q̄ ad actualem inherentiam esse alicuius ad aliquid quod de se esse habet sequitur actualis inherentia eius cui inheret tale q̄ē: vt cum dicitur sor. est: hic copulatur esse sortis: quia qd qd est sor. de se habet ⁊ non habet ab alio. ideo requiritur sor. esse vt propositio sit vera. sed quando copulat̄ esse alicui inesse: quod quidem esse non habet de se: sed in alio: actualis inherentia talis esse non exigit q̄ illud cui copulatur principaliter sit: sed q̄ illud sit principaliter in quo habet tale esse: vt sequitur pater viuit in filio non est necesse q̄ pater sit siue viuat sed filius. adhuc q̄ ratio sit vera sic cum dicitur: homerus est poeta non intelligitur significari nisi q̄ homerus sit in sua poesi: ⁊ iō sufficit ad veritatem propositionis q̄ poesis eius sit. ⁊ hoc q: esse non copulatur homero per se sed pro alio quod tamen derelinquitur ab ipso ⁊ ideo illud aliud p̄ actualem inherentiam huius verbi est exigitur esse.

¶ Item cum dicitur q̄ significare aliquid alicui inesse principaliter non est significare illud cui hoc inesse significatur esse presens: quia si dicatur homo est cursurus hic vnitur predicatum cum subiecto potentialiter ⁊ tamen non est necesse q̄ illud cui vnitur presens sit quia potest esse vera pro antixpo qui non est. Dicitur q̄ est differentia inter actualem inherentiam alicuius actus ⁊ actualem compositionem extremorum: quia aliqd potest actualiter componi cum aliquo ⁊ tamen actualiter non inheret sibi: sed tantuz per propositionem de presenti non plus significatur nisi extremuz inesse: quod etiā potest dubitari per quid significatur actualis inherentia que est cā restrictionis.

¶ Explicit̄ questiōes Scoti sup libro periermenias.

¶ Incipit̄ q. clarissimi doctoris antonij andree super sex principijs gilberti.

Amens ¶Reliquias dedit eis luce. xxii ij. ¶Liber iste agit ⁊ tractat de illis sex ꝑncipijs q̄ i libro ꝑdicamētorū Ar. dimisit ⁊ breuiter determinauit ⁊ hoc ꝓpter causaz que ibi fuit assignata. ¶Idcirco de auctore huius libri qui de illis sex

9 hic prolixius tractat potest accipi verbuz p̄sens ad ostendendū perfectionē huius libri. describitur auctoritas in generali in persona que fecit. qualitas virtualis in materia que sufficit. modalitas ordinata in forma que elicit. cōmoditas fructualis in fine i quē dirigit. ¶Primū probat operatio generosa. sumpsit enīz tantū opus vt doctor autēticus vt scriptor veridicus: vt doctor autentic⁹ qđ itelligi potest Isaye octauo. Sume tibi librū gradē ⁊ scribe in eo stilo hois. Sume tibi librū grandē in excellentiaz: in sentētia: stilo hominis in eloquētia Scripsit enīz nō stilo nimis subtili vt angelico: nec stilo nimis rudi vt asinino: sed stilo mediocri cōi rudibus ⁊ ꝓuectis vt humano. ¶Secundū probat recollectio copiosa reliquias. i. sex predicamenta ab Aristo. relicta ex breuitate ab hoc auctore descripta cum veracitate: ab auctore recepta cū sedulitate. scilicet in mente ⁊ armario intellectus: vt auctor iste possit dicere id Judith primo. lxx. reges colligebāt sub mensa mea ciboruz reliquias. Quid per. lxx. collectores nisi auditoꝝ designatur vniuersitas ¶Tertiū probat traditio gloriosa: dedit⁹ tradidit ordine debito seruato vt ꝓuecti erigantur altus vt infimi atrahant⁹ dulci⁹ vt vteriꝰ instruatur citi⁹. vñ ps. Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat ⁊ intellectū dat parvulis ¶Quartū probat directio gaudiosa eis. idest auditoribus: vt. s. dirigant⁹ in sciam logicalē. ⁊ hic est finis ꝓpinquus. in sapientiaz spiritualē. s. theologicā ad quā sicut ad perfectionē cetere oēs scientie ordinantur. ⁊ hic finis remotus in letitiā eternalē: ⁊ hic ē finis vltimus beatitudo. s. celestis. ¶Dicat ergo iste auctor illō idē. vba q̄ dedisti mihi da eis: tu da a quo cūcta bona procedūt ⁊ da. s. ordinare directe vitam eternam amen.

Vla ¶Nontia sbi ꝓsupponit i scia: ō de sbo opz precognoscere qđ est. ⁊ q: ē. Ex primo posteriorꝝ. ō ante expositionē huius libri vnā moueo qōem. s. vtrum

q iste liber sit de sex ꝑncipijs. i. ser predicamētis vt ō sbo. Videtur ꝙ non: nā idē non ē sbm diuersoꝝ librorꝝ. sed de istis sex agitur in libro predicamētorꝝ: q: de oibus. x. agitur ibi. igit̄ ad maiorē ꝓbo: q: aliter sbm nō esset adquatū scie illius libri. ¶Preterea vnius scientie vnum est sbm primo posteriorꝝ. sed ista sex non sunt vnū subiectū q: nec vnū diffinibile: ergo cū hec scia sit vna nō est de istis ser. ¶Pro ista etiam parte sunt argumēta facta in principio predicamentorꝝ scilicet de subiecto illius libri. quere ibi ⁊ similit̄ solutiones. ¶Ad oppositū ē auctor iste determinās hic de istis sex. vnde iste liber intitulatur ser principioꝝ. ¶Respondeo ꝙ ea que dicta sunt in libro predicamētorꝝ de subiecto: faciunt etiā omnia fere pro ista questione: ideo illa supponēdo hic breuiter pertranſibo hoc modo. ¶Primo tāgam vnā opinionē secundo aliter dicā ad questionē. tertio remouebo triplicē dubitationem. ¶Quātuz ad primuz est vna opinio que dicit qđ sbm huius libri est forma accidētalis extrinsecus aduenies. ¶Contra vel hic accipit̄ forma ꝓ re prime intentionis vel secunde: non primo modo: q: sic considerare de forma spectat ad philosophum realē et nō ad logicuz. nec secundo mō: q: tunc esset nugatio addendo extrinsecus aduenies maxime cū sit respectus rōis. ¶Preterea quero quid intelligitur per extrinsec⁹ aduenies vel ē extra quidditatē substātie: ⁊ hoc non cuz nouez predicamenta sint extrinsecus aduenīcia: de quibus omnib⁹ non agit̄ in hoc libro. vel quia est respectus diuisius contra absolutū: ⁊ sic non tñ ista ser: sz etiaz relatio de genere relationis est forma extrinsec⁹ aduenīēs de qua non agitur in hoc libro. ¶Quantū ad secundū notāduz ꝙ ista ser sicut ⁊ oia predicamēta possunt dupliciter cōsiderari: vno mō ꝓ re subiecta intētioni ⁊ inq̄ntum sunt entia. Alio modo inq̄ntum cōsiderant a ratione siue inquātuz aliqua ꝓpietas causata ab intellectu eis attribuitur. primo modo cōsiderat de eis metaphi. cuius subiectū est ens inquantū ens. secundo modo considerat̄ de eis hic ⁊ in predicamētis. ostendūtur enī de eis passiones sibi inherentes inquātū sūt generalissima. puta inquantū in suas species diuiduntur ⁊ ille vlterius in alias ⁊ nihil ē supra ea quod descēdat in illa per dīas que omnia competunt eis inquātū generalissima. vnde si de aliquibus alijs que istis generalissimis insunt inquātū sunt entia hic determinat̄: puta quia pere magis ⁊ minus: ⁊ cōtrarietatem habere vel non ⁊ huiusmodi hoc non est principaliter ad ꝓpositū sed ad maiorē cognitionē istorū quātū ad predicata intētionalia: sed cum ista ser vel omnia decē nō sint subiectū vnius scientie realis vel metaphi. nisi inquātū reducūtur ad vnum qđ est sbm. s. ens. ⁊ sic oportez dicere in proposito. q. s. maior est vnitas eoruz in aliqua propietate cāta ab intellectu q̄ forte inquantū sunt entia: aut non minor: ⁊ cum hec scientia non sit vna vnitate analogie: oportet ergo assignare aliquod intentionale quod sit cōmune istis ⁊ vniuocū ⁊ subiectuz primuz hic quia de solo tali per se cōsiderat logicus ⁊ id potest denominari predicamētū vel generalissimuz vel principiuz qđ idē est: quia oēs propietates que per se demonstrātur hic de istis determinant̄ inq̄ntum habent rationē predicamenti vel generalissimi vel principij. ¶Ex predictis cōcludo corrolarie primo ꝙ idē ē subiectum hic ⁊ in libro predicamentorꝝ. nec differunt nisi sicut pars ⁊ totū q: ibi agitur de omnibus modo primo expositio: hic autem de ser illoruz tantuz. secūdo ꝙ de substātia q̄titate qualitate actiōe passione quando situ vbi habitu hic nō determinatur ⁊ ibi nisi per accidens: q: tantum modo fm aliquid quod est in eis fm accidens scilicet aliquid intentionale. non est autē incōueniens illa tantū considerari per accidēs a logico que metaphisicus considerat per se. ¶Ad maiorem euidētiā aūt questi notandū ꝙ principioꝝ quedā sunt substantia quedā accidētia Sba autē est predicamentū. Accidentia aūt quedā sunt absoluta vt quātitas qualitas: quedaz sunt respectus vl relatiua ⁊ ē. ¶Respectus autē quidā est extrinsecus aduenīens quidā vero intrinsecus. Dicitur aūt respectus intrinsecus aduenies ille qui necessario sequitur ambo extrema posita in actu. vel ꝙ idē est necessario cōsequitur suum fundamentum posito termino ita ꝙ positis extremis statiz innascitur necessario talis respectus ex natura rei. ¶Exempluz posito hoc albo ⁊ illo necessario sequitur similitudo: ⁊ oēs isti respectus pertinent ad genus relationis quod est vnū de decē predicamentis de quo non agitur in hoc libro. Dicitur autem respectus extrinsecus aduenies qui non necessario consequitur extrema ⁊ ambo posita in actu. exemplum posito actiuo ⁊ passiuo puta igne ⁊ cōbustibili non necessario sequitur actio cōbustiua nec pa. q: impediri posset ꝓpter distantiam extremoꝝ vel alio modo. Similiter est de vbi ⁊ quādo positōe ⁊ habitu: quānis specialis difficultas sit de quādo. nā positis extremis. s. tempore ⁊ motu videtur consequi necessario ipsum quādo sz de hoc dicetur infra capitulo de qñ. Ratio autē istius diuisio-

nis.ſ.de reſpecta põt eſſe iſta:q; nullus reſpectus põt eſſe magis intimus alicui extremo vel fundamẽto q̃ q̃ neceſſario ipſũ ſequat poſito termino.qdditatiue enim ⁊ formaliꝫ nullus reſpect⁹ ẽ idẽ fũdamẽto.ſimiliter nullus reſpectus põt cẽ magis extrinſecus fundamẽto q̃ q nõ cõſequit ipſũ neceſſario eẽ poſito termino. Ex p̃dictis igit̃ pz q̃ illa ſex principia de qb⁹ agit auct⁹ pro tãto nõ ſũt ſpẽs relationis q; relatio dicit reſpectũ intrinſecus aduenientẽ.iſta aũt ſex dicũt reſpectus extrinſecus aduenientes ipſi fundamẽto. Quãtũ ad tertiũ ẽ p̃mũ dubiuꝫ q̃liter iſte liber ſe habeat ad libꝝ p̃dicamẽtoꝝ Rñdeo hz ſe ſicut pars ad totũ:q; ibi tractat de oibus p̃dicamẽtis.hic aũt de ſex tm̃ nec pp hoc ſupfluit iſte:q; hic de iſtis ſex magis explicite ⁊ diſtincte agit q̃ ibi ⁊c. Scõm dubiũ q̃re liber iſte intitulat ſex principiorũ et nõ p̃dicamẽtorũ cũ hic tracteꝫ de ſex p̃dicamẽtis. Rñ deo idẽ eſt hic ⁊ ibi ſbm.genus ei generaliſſimũ ẽ p̃dicamentũ ⁊ ẽ principiũ ſuaꝝ ſpẽꝝ vt ait porphir⁹ ca. de genere. Ad diſtinguẽdũ ergo aliquo mõ hũc libꝝ a libro p̃dicamentoꝝ. ⁊ ne eẽt confuſio aliqualis in noie ſi vteꝝ diceret liber p̃dicamẽtoꝝ vocat⁹ eſt liber iſte ſex p̃ncipioꝝ hz oia ſint principia ⁊ p̃dicamẽta.nã.x.p̃dicamẽta ſũt decẽ rex principia Tertiũ dubiũ eſt qs fuit auct⁹ hui⁹ libri. Rñdeo dupliciter dr̃. qdaz dr̃t q̃ fuit Aꝝ.qõ vr̃ ex modo p̃cẽdẽdi.hoc non credo. Alij dicũt q̃ fuit Alfarabi⁹ cõpoſito: libri de cauſis. hoc potuit eẽ ſed nõ aſſero. Alij dicũt q̃ fuit gilbert⁹ porretanus:ſed hoc non cõſtat mihi:tñ reputo magis cẽ verũ ideo de cã efficiẽte nõ eſt multũ curandũ. ¶ Ad argumẽtũ ad p̃mũ dico ſicut ſubiectũ cũ hic tracteꝫ de ſex p̃dicamẽtis. Rñ deo q̃ liber a libro: vel ſcĩtia a ſcia ⁊ ecõuerſo:q; ſecant̃ ſcie quẽad modũ ree.ſicut ergo ſbm hui⁹ libri ſe habet ad ſbm p̃dicamẽtoꝝ vt pars ad totũ:ſic liber ad libꝝ ⁊ ſcia ad ſciam.ſubiectũ ergo hic ⁊ ibi non ẽ oio idẽ nec omnino diuerſũ. ¶ Ad ſecundũ pz ex predictis q̃ p̃mũ ſubiectũ hoc ẽ aliquid vnũ ⁊ vniuocuꝫ iſtis puta generaliſſimum vel predicamentum vel principium ad quod iſta reducuntur.

Forma eſt compoſitiõi contingens ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia conſiſtens.ca.p̃i.

q **Queritur** Vtrũ oĩs forma ſit ſimplex in eẽntia. Arguit̃ q̃ nõ.nullũ diffinibile ẽ ſimplex forma diffinit̃ hic ergo ⁊c.maio⁹ patet q; oĩs diffinitio hz partes corrũdẽtes ptib⁹ diffiniti.7.metaphi.iõ ꝓcept⁹ diffiniti ẽ reſolubilis in duos cõcept⁹ quoꝝ vn⁹ ẽ qualitatiu⁹ alter quidditatiuus ex.8.meta.ꝓcept⁹:ergo diffiniti ẽ cõpoſit⁹ ex duob⁹. ¶ Preterea aliq̃ forma recipit magis ⁊ min⁹ ergo nõ ẽ ſimplex. añs pz de q̃litate et agere ⁊ pati ex libro p̃dicamẽtoꝝ.conſequẽtia ꝓbat̃ q; oẽ tale eſt diuiſibile ⁊ hz ptes intenſiue.nullũ igit̃ tale ẽ ſimplex. ¶ Preterea oĩs quãtitas ẽ diuiſibilis ex.5.meta phi.capitulo de quãtitate ſz oĩs q̃tas ẽ forma ergo aliqua forma ẽ diuiſibilis ⁊ p cõſequẽs nõ ſimplex. ¶ Cõtra ẽ auct⁹ in lra. Rñdeo ⁊ primo p̃mittã vnã diuiſionẽ q̃ eſt q̃ cõpoſitio ẽ multiplex. quedã ẽ ex ptib⁹ eẽntia lib⁹ puta ex mã ⁊ forma.q̃dã ex ptib⁹ q̃ntitatiuis vel integralib⁹.quedã ex ſbo ⁊ accidẽte.q̃dã ex gradib⁹ eiuſdẽ forme.exẽplũ primi vt hõ ignis.exẽplũ ſecundi linea corp⁹.exẽplũ tertij lignũ albũ.exẽplũ quarti albedo itẽ ſa.⁊ q; quot modis dr̃ vnũ oppoſitoꝝ tot ⁊ reliquũ ex primo topicoꝝ. iõ ſimiliter põt accipi oppoſitũ ad p̃dictos modos. ¶ Scõo dico ad qõem fm quattuor hr̃es cõcluſiones. ¶ Prima eſt q̃ oĩs forma ẽ ſimplex ſimplicitate que opponit̃ cõpõi eẽntiali:hãc oſtẽdo ſic q; ſi non ergo forma cõpoſita eẽt ex aliqua forma ⁊ materia ⁊ ſequerẽtur duo iconueniẽtia.primo q̃ illa forma informabit materiã p partẽ non ſecũdũ ſe totã q; materia que ponit̃ ps ei⁹ nihil põt informare:ſcõo q; queratur de illa forma forme:an ſit ſimplex vel cõpoſita:ſi cõpoſita eẽt ꝓceſſus in infinitũ in cõpoſitis.ſi ſimplex ergo pari ratione ſtãdũ ẽ in prima forma q̃ ipſa eẽt ſimplex ¶ Preterea illud qõ formaliter ẽ act⁹ nõ ẽ formaliter principiũ materiale:ſed oĩs forma ẽ formaliter ⁊ eẽntialiter act⁹:materia aũt ẽ principiũ materiale ergo ⁊c. ¶ Secunda concluſio nõ oĩs forma eſt ſimplex ſimplicitate oppoſita cõpoſitioni quãtitatiue ſed aliqua eſt ſic ſimplex.prima pars pz de quãtitate vt arguit̃ in oppoſitũ.ſcda patet de oi qualitate. ¶ Tertia cõcluſio q̃ oĩs forma ẽ ſimplex ſimplicitate oppoſita cõpoſitioni ex ſubiecto ⁊ accidẽte.hoc ſatis ẽ probabile. Tuꝫ q; oẽ ſic cõpoſitum eſt reſolubile in ſbm ⁊ formã accidentalẽ. Tũ quero ꝺ illa forma i quã reſoluit̃:vel ẽ ſimplex iſto modo vel non ſi ſic ergo pari ratione ⁊ prima forma.⁊ habẽt ꝓpoſitũ: vel ſi nõ ergo ꝓceſſus i infinitũ ſicut prius. Tũ q; omne tale cõpoſitũ ẽ p ſe terminus motus mutationis:ſz nulla forma eſt hmõi:q; nulla forma generat̃ per ſe ſed per accidẽs ex ſemptimo metaphi.ſed cõpoſitũ ſolũ eſt hmõi in oĩ genere mutationis vt ibidẽ dicit̃.non enim generat̃ albũ ſed lignũ album.ergo nulla forma ẽ tale cõpoſitũ. ¶ Quarta cõcluſio ẽ q̃ nõ oĩs forma eſt ſimplex ſimplicitate oppoſita cõpoſitioni ex gradibus.qõ patet q; multe forme intẽdunt̃ ⁊ remittunt̃ qõ ſit fm gradũ eiuſdẽ forme. Ex predictis concludo q̃ intentio auctoris eſt formã eẽ ſimplicẽ ſimplicitate tãtũ oppoſita cõpõi eẽntiali et ex ſubiecto ⁊ accidente. in aliqua eni forma ſunt ptes quãtitatiue.in aliqua etiã ea dẽ forma ſunt diuerſi gradus pfectionis ⁊ virtutis: q̃ cõpoſitio nõ repugnat ſimplicitati i eẽntia forme. ¶ Ad primũ in oppoſitũ dicẽdũ q̃ cõpoſitio requiſita ad diffinitũ eſt illa que eſt ex genere ⁊ differentia:ſed illa non repugnat ſimplicitati forme.vna enim res ſimplex põt conſtare ex realitate generis ⁊ realitate differentie. que poſſunt cẽ i tertio vna ſimplex res. ¶ Ad ſecũdũ ⁊ tertium patet ex predictis in corpore q̃ſtiõis ex ſcda ⁊ tertia concluſione. ¶ Deinde cũ dicit quoniã aũt̃ fortaſſe contingit in alijs.exponit aliaꝫ pticulaꝫ oſtẽdens a quo diſtinguat̃ forma hic diffinita p hoc q̃ ẽ eſſe inuariabile.q; ab aĩa humana que vtiq; ſimplex eſt.ideo ad differentiam illius additũ ẽ inuariabili eẽntia conſiſtẽs.naꝫ anima humana variat̃ ⁊ alterat̃ a cõtrario in cõtrariũ vt̃a triſtitia in gaudiũ ⁊ ecõuerſo. ¶ Circa illã litteram occurrunt dubia. ¶ Primũ de ſuppoſito an.ſ.aĩa rationalis ſit ſimplex vel cõpoſita ex materia ⁊ forma. ¶ Secundũ de exẽplo an.ſ.anima alteret̃ a gaudio in triſtitiã.qõ Aꝝ.primo de anima vr̃ deriſorie excludere qui inquit dicẽs aĩam gaudere aut triſtari dicit eam terere vel edificare. ¶ Tertium de q̃ſito ⁊ propoſito. nã omne illud qõ recipit intenſionẽ ⁊ remiſſionẽ variatur fm magis ⁊ minus.ſed plures forme ſũt huiuſmodi.ergo variabiles. ¶ Quartũ q; cuꝫ anima humana ſit forma corporis miruꝫ videtur quomõ ſeparet̃ a diffinitione forme dubiuꝫ eſt ergo de qua intendit. ¶ Reſpondeo ad primũ q̃ licet de materia iſta ſint dicta multa a diuerſis vnde in littera dicitur fortaſſe:teneo tm̃ q̃ anima rationalis ſit ſimplex in eſſentia ſimplicitate oppoſita cõpoſitioni ex materia ⁊ forma. Quod ꝓbo ſic q; ſi non ergo anima non poſſet informare corpus.conſequẽs eſt falſum.cõſequẽtia ꝓbat̃ ſic.ſint ille partes eſſentiales ex quibus cõponit̃.a.⁊.b.ita q̃.a.ſit actuale.b.vero potentiale vel ecõuerſo vna ergo erit perfectibilis ab alia puta.a.a.b.vel econuerſo. Tunc ſic iſta potẽtia receptiua ⁊ perfectibilis ab.a.non poteſt eẽ magis dependens q̃ materia ignis vel alterius corporis.

sed q: materia ignis nō pōt ineſſe alicui ipſum informā do.iō totus ignis non poteſt ineſſe alicui ipſius informā do.ergo ſimiliter nec anima pōt eſſe forma vel actꝰ pri mus alicuiꝰ:q: ſue parti cētiali.i.potētie ⁊ materie re pugnat informare. ¶Ad ſecūdū dōm ꝙ Ax. vult pri mo de aia ꝙ ille paſſiones ſint totius cōpoſiti puta ho minis ⁊ nō partis.ſ.anime:qō vtiq; veruz ē de aia cō iuncta corpori tñ anima ſeparata pōt gaudere ⁊ triſtari vt dicit autor. ¶Aliter poteſt dici ꝙ Ax. loquit ibi cū p:eciſione.⁊ tunc veruz ē ꝙ aia nō gaudet aut triſtat quin ⁊ totꝰ homo. gaudere ergo ⁊ triſtari cōuenit aie vt ſubiecto imediato:toti autē homini cōuenit per ani mā.Sicut color aliter ⁊ aliter cōuenit ſuperficiei ⁊ corpo ri.dico toti homini accipiendo totū cathegoremātice nō ſincathego. ¶Ad tertiuz aliquid pōt intelligi variari du pliciter vel vt ſubiectū vel ſicut terminuſ.primo modo nulla forma variat ⁊ ſic intelligit autor.ſed ſecūdo mo do poſt:nam terminꝰ formalis quo oīs generatiōis ē forma ⁊ hoc modo ꝓcedit Ax.forma enī non alterat vt qō ſz eſt illud quo ⁊ ſm qō ſubiectū alterat. ¶Ad quartū opz dicere ꝙ hic tantū diffinit forma accidenta lis intēſibilis ⁊ remiſſibilis: vt dicit quedaz opinio: vel ꝙ hic diffinit ſola forma naturalis educibilis de poten tia materie ſūalis vel accidētalis:qualis nō ē aia huma na.⁊ de hoc dicet aliquid amplius parū poſt. ¶ Deinde cū dicit Sz quoniam vt aiunt quidā. Exponit ter tiā ꝓticulā diffinitionis oſtendēs quare additū ſit cōpoſitioni cōtingens volens ꝙ per hoc diſtinguat forma hic diffinita ab anima mundi ideſt intelligentia que mouet celū quia licet illa ſit ſimplex in cētia non tamē eſt com poſitioni cōtingens q: nulli alteri cōponitur.dicit ergo ꝙ q: vt quidam aiunt ea anima mūdi eſt ſubiecta ſim plicitati.i.ſimplex cētia.nulli autē variationi.i.ē inuari abilis ſicut ⁊ forma.ideo diſſocians.i.diſtinguēs hanc ſ.formā que intēditur ab omnibus.ſ.tam anima mun di q̄ ſimilibus ſi que ſint additi.ſ.in diffinitione cōpoſi ti ponēs.q: aia mūdi nec ī ſe ē cōpoſita nec aduenit ꝓpo ſito.ſ.celo vt forma mē q: ñ ē forma mām informās. ¶Circa iſtā lr̄az occurrūt dubia. ¶Primū de ſuppo ſito an.ſ. intelligentia ſit ſimplex in eſſentita. videt enim ꝙ non q: in omni eo qō mouet oportet imaginari ma teriam ſecōo metaphiſice. Intelligentia aūt vel angelus poteſt moueri ⁊ mouetur ſepe ⁊ localiter vt nunc ſup pono. ¶Scōm iuxta hoc an ſit variabilis.videt ꝙ ſic quia ſicut anima alteratur a gaudio in triſtitiā:ita videt qō poſſit angelus ſaltē manifeſtuz eſt ꝙ ē variabilis cir ca actus ⁊ habitus intellectus ⁊ volūtatis puta ab vna intellectione vel volitione ad aliā ⁊ ab ignorantia ad ſci entiam. Suppono enīz hic ⁊ verū ꝙ angelꝰ poteſt ꝓ ficere in ſcia in accipiendo notitiaz a rebus. ¶Tertiū ē an intelligentia ſit cōpoſitioni contingens: videt nanq; ſm Ax.ſecundo celi ⁊ mundi.⁊ Commentatorem ibi dem ⁊ iz.metaphiſi. ⁊. Auicennam nono metaphiſi ce.ꝙ celi ſunt animati ⁊ non alia anima q̄ intellectiua: ergo aduenit compoſi cum ſit forma ⁊ actus corporis ergo ⁊c. ¶Reſpondeo ad primum.dico ꝙ intelligentia eſt ſimplex in cētia ſimplicitate de qua nūc ē ſermo ꝙ ꝓbo ſic:quia ſi eſſet compoſita ex materia ⁊ forma vel illa materia eſt eiuſdem rationis cū materia corruptibi lium vel alterius non primū quia ſic intelligētia eēt cor ruptibilis ⁊ variabilis.quecunq; enim habent materiā vnigeneā ſunt ad inuicem tranſmutabilia.materia enīz ē illud quo res poteſt eē ⁊ non eē.nec ſecundū quia tūc ponunt due materie prime quod nullus philoſophus diceret. Jdē argumētū concludit de anima rationali ꝙ non ſit cōpoſita ex materia ⁊ forma. ¶Ad argumenta dico ꝙ equiuocatio ē de materia prout ē altera ꝓs com poſiti vel vt dicit ſubiectuz generaliter:in oī ergo quod mouetur oportet imaginari materiaz ideſt ſubiectum quod ſubijcitur motui ⁊ hoc modo concedo materiā in intelligentia:eſt enim ſubiectū multoruz actuum. ¶A ſecundum cōcedo ꝙ intelligentia variatur ⁊ ſubie ctiue ſicut arguitur:⁊ ideo per hoc etiā diſtinguit a for ma que hic diffinitur:auctor autē iſte loquitur more an tiquorum philoſophorum qui poſuerunt intelligenti as quoſdam deos ſimplices in cētia inuariabiles om nino:ideo ſignanter dicit vt aiunt quidā. ¶Ad tertium dico ꝙ celi non ſunt animati nec intelligentia ē anima co ruz Ariſtoles Cōmētator ⁊ Auicenna. vel ſunt negā di vel exponendi hoc modo ꝙ loquuntur de anima ſe cundum conditionem qua anima eſt motrix non qua ē forma.⁊ illa ē intelligentia ꝓpria reſpectu huius or bis coniuncta huic vt ꝓpria motrix ⁊ talis non eſt ni ſi vnica vnius.

Queritur Utrū diffinitio de forma hic data ſit bene aſſigna ta. ¶Arguitur ꝙ nō.forma non ē diffinibi lis:ergo nec iſta eſt conueniēs eius diffinitio.patet ꝫ̄a antecedens ꝓbatur. Tuz quia forma ē tranſcēdēs.naz eſt cōe omnibus predicamētis accidentiuz:nihil autem eſt cōe generaliſſimis niſi extra genus ⁊ per conſequēs tranſcēdens:ſed nulluz tranſcendens pōt diffiniri:quia nec habet differentiā:ſola autez ſpecies diffinitur ergo ⁊c. Tum quia forma que hic intendit eſt cōis ſubſtan tiali ⁊ accidentali:ſubſtantie autez ⁊ accidēti nihil ē cōe vniuocum ⁊ ſolū vniuocū eſt diffinibile ex libro. predi camentoꝝ.q: vniuoca eādem habent rōnem equi noca ſoluz nomen ergo ⁊c. ¶Preterea iſta diffinitio datur per copulam:omnis autem talis diffinitio eſt in crepanda ex 6.topi. ¶Preterea hic non ponitur ge nus nec differentia forme:ergo diffinitio nullla.antece dens quo ad differentiā ꝓbatur:q: differentia ē que dam forma ⁊ forme non eſt forma ergo ⁊c. ¶Preterea arguitur etiā contra diffinitionis particulas ſicut ꝓ uſ in ſentētiādo. Ad oppoſitum eſt autor qui vocat eam diffinitionez. ¶Reſpondeo iuxta dubia que tangit pri ma ratio.primo videndū eſt an forma ſit ꝓprie diffi nibilis.ſecundo an forma ſubſtantialis aut accidentalis vel cōmunis ad vtranq; diffinitur.tertio de ꝓpoſito an iſta notificatio conueniēter aſſignetur. ¶Quantuz ad primum videtur dubium ꝓpter argumētū factū ꝙ forma cōmunis iſtis generaliſſimis non ſit ꝓprie diffinibilis quia cum ſit tranſcendens non habet genꝰ nec differentiam nec per conſequens eſt ſpecies que ſo la ꝓprie diffinitur auctor autem vocat hanc diffinitio nem tamen non a ꝓprietate diffinitōnis:ſz a conuerti bilitate:quia conuertibilis eſt cum forma. ¶Sed occu rit dubium quid de forma alicuius per ſe exiſtentis in genere dico ꝙ poteſt diffiniri:quia licet non ſit in gene re niſi indirecte ſm coordinationez ſpecierum illius ge neris tamen in ſuo ordine poteſt habere genus ⁊ diffe rentiam per que diffinitur.verbi gratia ſicut anima diſ finit ſecundo de anima ꝙ eſt actꝰ corporis organici phi ſici vitam habentis in potentia.hoc autem forte non ē verum de omnibus formis vt de vltimis differentijs de quibus nihil predicatur in quid nec vt genꝰ de quo alias. ¶Quantum ad ſecundum per ordinez dico tria primuz dictuz ē ꝙ hic preciſe non diffinitur forma ac cidentalis.ꝓbatur omnis diffinitio eſt adequata ſuo diffinito:quia conuertibilis cum illo:ſed illa diffinito nō ineſt adequate forme accidentali patet quia etiam com petit forme ſubſtantiali:forma enim ignis ſit.a.eſt com poſitioni contingens ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia con ſiſtens.patet ergo ⁊c.Secundum dictum eſt ꝙ nō diſ

finitur hic forma substantialis precise.qō probatur per eandem rationem:qz cōuenit etiaz forme accidentali puta albedini. ¶ Tertiuz dictuz est qz diffinitur forma cō munis substantiali ꝛ acidentali quod sequitur ex predictis. ¶ Contra qz anima humana excluditur ab hac diffinitione in littera que tamē est forma substātialis. ¶ Respondeo vt iam dictū est.ꝫ.qz forma hic diffinita est oīs forma naturalis educta de potentia materie que non ē nata existere per se qualis non est anima humana:ideo excluditur:forma ergo cōmunis forme substantiali ꝛ accidentali naturali hic diffinitur (vt videtur) ꝑm intentionem auctoris. ¶ Quantuz ad tertiuz dico qz conuenienter ponitur:nā hic ponitur aliquid quasi genus.ſ. contingens.idest actus aduenies: quia etiam forma ē ps compositi ꝛ refertur aliquo modo ad ipsum:ideo ponitur terminus huius relationis cōpositioni.i.composito quod sequitur ꝛ separat formam hic intentam ab omni alio vt predictum est. ¶ Ad primum in oppositum patet ex primo articulo:sed nego secundam probationē cū dicitur qz substantie ꝛ accidenti nihil est cōe vniuocum cū nam ens est vniuocum istis decem predicamentis vt dixi sup:a porphirium. ¶ Similiter forma substantialis ꝛ accidentalis habēt pro cōmuni vniuoco hoc qō est actus.nam quelibet quidditatiue ꝛ formaliter est actus. ¶ Ad secundum dico qz per illa copulata simplici ꝛ inuariabili essentia debet intelligi vnum circumlocutum ꝛ non est inconueniens poni copulationem ad circūloquendum aliquid in diffinitione: differentie enim vltime sunt nobis ignote:ideo oportet eas circūloqui p multa copulata. ¶ Ad tertium concludit qz non est pro pria diffinitio qz concessum est:sed illud quod additur qz forma non ē forma.falsum est vna enim forma differt ab alia per aliquam differentiam que differentia est forma eius nec est processus in infinitum sed deuenitur ad differentias vltimas ꝛ formas que seipsis totaliter distinguuntur ꝛ se totis differunt.

Videtur autem quedaz forma a natura esse:quedam vero ab actu. Ratio enim a natura est. Calor vero ꝛ passio quedam in actu consistunt. In quibusdam vero dubiuz est.vtrum a natura:aut ab actu incipiant eē. vt in figura incisionis. Nam nihil additiōis fit.sed separatio quedam partium.dico aūt figuram inesse a natura: sentiri vero ab actu capitulo eodem.

Nota Solutionem questionis ꝑm auctoris intētionē vt cōmuniter exponit in hoc stare qz figura incisionis cōprehendit duo.ſ.materiā ꝛ formā que apparet ꝛ sētitur.quoz ad materiā ē a natura qz materia illa puta lapis vel lignum a natura est:sed quātum ad formā que apparet ꝛ sentitur est ab arte:quia per artem producitur ad actum.

Queritur Utrum figura icisionis sit a natura vel ab arte Videē qz nō ab arte p rationē auctoris. nā omne illud qz fit ab arte fit p appositionem ꝛ additionē ptis ad partez:sed talis figura nō fit sic:sed magis p amonitionē ꝛ separationez partis a parte:ergo nō ē ab arte:ex quo sequitur qz sit a natura. Ad aliā ptē arguit qz non sit a natura:qz illud cuius principiuz efficiens ē voluntas ꝛ agens a ꝓposito:non fit a nā: qz sunt oppositi mōi agendi hic ꝛ ille ex secundo phi.ꝫ talis figura ē huiusmodi vt pz:ergo non ē a natura ꝫ ab arte. ¶ Respondeo primo inquirā qualiter illa figura precedit in materia anteq̄ ad appntiam sensibilez reducatur.secundo dicā ad illud qō queritur principaliter. ¶ Quātum ad primū est vna opinio q̄ dicit qz talis figura precedit iam in materia actualiter:sed ē cooperta alijs partibus eiusdem materie:puta lapis aut lignum que partes remouētur per actuz artificis: ꝛ figura apparet ita qz ꝑm hoc artifex nihil aliud facit nisi remouere ptes prohibentes appentā figure iā preexistentis in materia preiacēte:forte huius opinionis ē auctor.nā dicit qz figura ē a natura:sed sentire actualiter ꝛ apparere est ab actu. ¶ Contra istā opinionē arguit. Tuz qz ois actio noua positiua ꝓducta hz aliqō positiuuz ꝓtermino nouit ꝓducto.illud nō ē sola separatio ptiū:qz sepatio non est nisi quedam priuatio:ergo ē ipsa figura nihil aliud potest dari.figura ergo noviter producitur ꝛ per consequens non iam preexistit. Tum qz in eadez parte materie non possunt eē actu figure incōpossibiles nisi ponas figmentuz ꝛ chimericum in natura:ꝫ in eadez parte materie possunt eē quecūq̄ figure in sensu diuisionis:puta hominis bouis serpentis ꝛc̄.que sūt omnino incōpossibiles:ergo non sūt simul ibi: ꝛ tamen essent:ꝑm te. Tum qz figure extense habēt partem extra partē ꝛ impossibile est omnes partes simul actu esse:ꝫ talis figura de qua queritur est sic extensa ergo ꝛc̄. sed in quacunq̄ parte materie fit caput potest fieri pes vel manus ꝛ sic de alijs:ergo tales partes non preexistunt in actu. ¶ Dicitur ergo ad hūc articuluz qz talis figura precedit in materia tātuz in potentia passiua ꝛ subiectiua: sicut omnes alie forme ꝛ nullo modo in actu. ¶ Quantum ad secunduz primo premittā vnā distinctionez.secundo triplicē conclusionem. ¶ De primo sciendum qz naturale pōt capi dupliciter actiue.ſ. ꝛ passiue:potētia enīz receptiua forme pōt cōpari ad formā quā recipit vel ad agens a quo recipit. primo mō ipsa est potētia naturalis.vel violenta: vel neutra dicitur naturalis:cum ad formaz naturaliter inclinatur: violenta si fit contra inclinationem eius naturalem neutra si neq̄ inclinatur naturaliter ad formam nec ad oppositam. ¶ Exēplum primi ignis admoueri sursum. Exemplū secundi ignis admoueri deorsum. Exemplū tertij sicut superficies se habet ad albedinem ꝛ nigredinez vel ad mediū colorez quēcunq̄ habet. ¶ Secundo modo cōparando receptiuuz.ſ.ad agēs a quo formā recipit tūc est naturalitas quando receptiuum cōparatur ad tale agens quod natum ē naturaliter imprimere talē formā in tali passo: sicut non est naturalitas generaliter quando cōparatur ad tale agens qō non ē naturaliter imprimiuuz illius forme in illud passum:quale est agens volūtarium ꝛ a proposito siue creatū siue increatū ꝛ supernaturale. ¶ Ex predictis concludo qz naturaliter accipitur equiuoce:nam diuersis opponitur. ꝛ illa est vna causa cognoscendi multiplex ex primo topicorum:naturaliter enim opponitur vno modo supernaturaliter alio modo libero ꝛ voluntario:alio modo violento: vt patet ex predictis.nam vt naturalitas attenditur a pte principij actiui tunc opponitur sibi liberum vno modo ꝛ alio modo supernaturale:sed vt attēditur a parte ꝑncipij passiui:tunc opponitur sibi violentum. ¶ Quantum ad secundum sit ista prima conclusio figura incisionis non est a natura primo modo.probatur.illa forma non est a natura primo modo ad quam passuz nō inclinat naturaliter:sed figura incisionis est huiusmodi ergo ꝛc̄.probatio mi.quia si sic ergo passum violenter esset sub forma sibi incompossibili quod est falsum quia lapis vel lignum sic recipit figuraz asimi sicut figuram hominis Ex eadem ratione concluditur qz talis fi

gura nō sit violenta: q: hoc est verū generaliter ꝙ ꝯcūq; forma naturaliter est in materia eius opposita ⁊ incompossibilis ē ibi violenter ⁊ ecouerso ꝯcunq; forma ē i materia violenter eius opposita ⁊ incōpossibilis est ibi naturaliter: cōparando ergo formā incisionis ad materiā precise ipsa nō ē ibi naturaliter nec violenter: ſz fm potentiā neutrā q: materia nō magis ad vnā figurā q̄ ad aliā oppositā sibi inclinat. ¶ Secda conclusio ē ista figura incisionis non est a natura accipiendo naturale scdo modo. qō probat sic illa forma non est a natura secundo modo q̄ non pducit ab agente naturaliter talē formā inprimente: ſz figura incisionis est hmōi. qō ptz q: artifex a quo inducit ē agens liberū ⁊ a ppposito ergo ⁊c. ¶ Ex predictis sequit ꝙ figura nullo modo sit a natura. vnde auct: vī hic simpliciter negādus siue intelligat ꝙ sit a natura q: peristit actu in mā: siue ex hoc ꝙ materia eius est ens a natura: vt coiter exponit: q: pari rōne domus cēt a natura: qō tñ certū ē eē ab arte etiam p ipsū in littera. ¶ Tertia conclusio ē ista ꝙ figura incisionis est simpliciter ab arte. probo. illa forma cuius principiū efficiens ē agens a ppposito ⁊ per artē ē simpliciter ab arte sed figura icisionis ē hmōi ergo ⁊c. ē vtraq; premissarū pz ex predictis. ¶ Ad primū in oppositum dico ꝙ maio: ē falsa vl̄r accepta q: artifex non tñ agit in apponēdo sed quandoq; in remouēdo.

Sed in his que in pluribus sunt: palaz non est. Nam ea que in pluribus sunt: in actione eē impossibile est. ⁊c. cap. eodē.

Queritur Utrū vl̄e sit a natura vel ab actu nr̄o. videt ꝙ ab actu nr̄o: vnde cōmētator primo de aīa intellectus agens est qui facit vl̄itatē in reb⁹ ſz pductio p itellectū ē ab actu nr̄o ergo ⁊c. ¶ Preterea nō a nā ergo ab actu nr̄o. ꝯa ptz. antecedēs ēt pz: q: sic eēt ponere vniuersalia sepata ⁊ ideas. ¶ Contra est auct: in littera. ¶ Rādeo primo ponā vnā distinctiōez secundo dicā ad qōem. ¶ Quātuz ad primū sciendū ꝙ vniuersale ē nomē cōcretū. nam sicut ab albedine dicitur albū: sic ab vniuersalitate vl̄e. ¶ Potest ergo vl̄e sicut cetera concreta sumi triplr. vno modo pro sōo. i. pre prime intentionis cui applicat intētio vl̄is: ⁊ hoc mō vl̄e ē primū obiectū intellect⁹ ⁊ ois scia est vl̄iū. ¶ Alio modo pre secunde intentiōis cāta ab intellectu ⁊ applicabili rebus prime intentionis: ⁊ sic logtur ꝑ ppie logic⁹ de vl̄i. ¶ Tertio modo sumit ꝑ aggregato ex subiecto ⁊ forma ⁊ illud ē ens per accidens. cōgregat enī res diuersas ex quib⁹ nō fit vnū per se ⁊ de tali nō est ars q: de ente per accēs nō est scientia quia nec est diffinibile ex sexto meta. ¶ Quantū ad secundū sit ista prima conclusio. vl̄e primo modo ē a natura. hec probat sic. omne precedēs naturaliter actuz rationis ē ens reale. ſz vl̄e primo modo est hmōi ergo ⁊c. probatio mīoris quia obiectū naturaliter precedit actū potētie sicut cā causatū sed vl̄e primo modo ē obiectuz actus intellectus: ergo ⁊c. de isto vl̄i pōt intelligi ratio auctoris quia producto singulari per naturam pducitur natura in singulari q̄ est vl̄e. isto modo natura occulte operatur. ¶ Secunda conclusio. vl̄e scdo mō acceptum est ab actu nostro hoc pz quia producitur p actū itellect⁹. ¶ Tertia cōclusio est ista vl̄e est ens partim a natura ⁊ partiz ab actu nr̄o patet ex predictis. vel posset dici aliter ꝙ vl̄e tertio modo est ab actu nr̄o. probatio. ab eodē producitur totum cōpositū a quo inducitur terminus formalis: q: totum categorematice dī generari sicut tot⁹ ignis dicit generari ab inducente formā ignis sed forma vl̄is producitur ab actu intellectus. ex secunda cōclusione ergo totum vniuersale. ¶ Cōfirmatur ratio q: totuz vniuersale dicitur ens rōnis ex hoc ꝙ forma vniuersalitatis ē a ratione ergo pari ratione dī esse ab actu rationis vel intellect⁹. Utrū autē vl̄ia sint in re vel a re abstracta dictū est in prologo porphirij in quadā questiōe. ¶ Ad p̄mū in oppositū dico ꝙ facit ꝑ secunda cōclusione ideo ꝑ nūc cōcedo ipsū licet sit dubiū an faciat hoc intellect⁹ agens: vt dicit cōmentator an intellect⁹ possibilis. ¶ Ad secundū nego añs nec pono ideas aut vl̄ia separata nisi fm ꝓsideratiōē vt pz ex predictis cōcorditer ad primā ⁊ secundaz conclusiones questionis.

Hoc autem in quibusdā dubitabile apparebit. Speculo enim immutabili permanente imaginis motus fieri videtur ad oppositi mutationē. Impossibile ergo erit soluere concesso ꝙ ibi vere forma existat. Si uero non est: incredibilis error putabitur in vulgo: licet conuenientius sit dicere. capitulo tertio de Actione.

Queritur Utrū imago i speculo apparens sit vere in speculo sicut accidēs in subiecto. Et videt ꝙ non per auctorē hic in litterra qui declinat ad ptē illā negatiuā. Contra: imago ista q̄ videt aut ē in speculo aut in aere ñ in aere q: vt ibi nō vī qō pz q: āmoto speculo nihilominus imago illa in aere multiplicat ⁊ ē ibi sicut prius: tamē nō videt. ergo imago que videtur habet eē in speculo. Confirmat q: obiectuz qō videtur per mediuz non ē in medio: q: tunc mediuz non eēt medium sed extremum: sed aer interpositus vsqz ad speculum est mediū huius visionis. quod pz q: ipsū speculum videtur eodē actu videndi: ergo imago nō ē in toto illo aere medio: ergo oportet ꝙ sit i speculo alias poneret accidens sine subiecto. in oculo enim nō est q: sensibile positū supra sensum impedit sēsationem ex secūdo de anima. Respōdeo videndū ē quomodo talis imago generet ⁊ a quo. secundo de quesito vbi sit vel in quo ¶ Quātū ad primū dico ꝙ imago ista generat ad modum quo lux generat in medio a corpore luminoso qō fit fm triplicē radiū rectum. reflexuz. ⁊ fractum. Radius rectus est ille qui diffundit a corpe luminosoi medio cuiscdē diaphanitatis quatū durat virtus luminosi ⁊c. ¶ Radius reflexus est ille qui occurrente opaco anteqz terminetur virtus actiua luminosi diffundit in partē obiectā ⁊ hoc necessitate naturali: q: agens nāte cuius virtus actiua nō est totaliter exhausta in directo agit quātū pōt ⁊ qō nō potest in directū agit i obliquū Exemplum in radio solis terminato ad parietem. hoc modo generat imago speculi per reflexionez predicto modo. ¶ Radius fractus est ille qui occurrente medio alterius diaphanitatis nō tamē omnino opaco multiplicat i illo medio ñ ſz lineā rectā ſz incidit ibi angulus. Exēplū de baculo cui⁹ ps ē in aq̄ ⁊ alia ps in aere apparet fractus licet nō sit. Dico ergo ad ꝓposituz ꝙ imago hominis vel alterius multiplicatur fm illos tres radios ⁊ gignitur imediate ab ipso homine obiecto cuius est imediate spēs sensibilis. illa autē que apparet in speculo de qua queritur gignitur fm radium reflexum vt dictum est. ¶ Notandū vero ꝙ lux aut lumen non terminatū ad oppacum non videtur. ꝙ patet. Tū q: radij solares de nocte non apparent qui tamen intercipiuntur inter nos ⁊ celuz supra conū piramidis umbre terre. Tum q: existens in carcere opaco ⁊ tenebroso vbi per opposita foramina transiret radius solaris

non videret illū radium si corpuscula illa que dicuntur athomi non frangantur. Similiter est de imagine ⁊ de omni colore: quia species non sunt visibiles nisi quādo terminātur ad opaca ita q̄ non contiguate opacis non possunt causare speciem per quam videantur sicut species coloris dum ē in medio non videtur: sed quando contiguatur opaco: tunc potest videri: sicut illud patet de radio transeunte per vitrum coloratum apparet color in pariete vbi terminatur radius ille ⁊ videtur coloratus similiter sicut vitruz ⁊ tamen in medio non erat visibilis iste radius coloratus: ⁊ tamē species apparēs in pariete ē species coloris ⁊ per illam videtur. ¶ Similiter imago non videtur in medio: sed videt in vitro quia videtur vbi terminatur. ¶ Quantuz ad secundū posset dici vno modo q̄ imago ē realiter in speculo propter rationes positas in pede questiōis. nec sequitur nō corpus moueri in corpore. quia ad motum subiecti gignitur noua imago in speculo: q: accidens non migrat de subiecto in subiectum sicut in medio nouus radius continue innouatur: licet vnus tātuz videatur. Alio modo dicitur cōmuniter q̄ imago ista non est in speculo sed in aere propinquo qui speculo contiguatur ⁊ ibi terminatur vel reflectitur. ¶ Ad oppositaz partem eo q̄ virtus naturalis obiecti nonduz est exhausta: sic q̄ ista species vel imago nullum habet subiectuz extra obiectum nisi aerem: ⁊ sic redacta ad obiectum per reflexionem est ratio videndi obiectum cuius est imago: tenēdo primam viā ad illud. in oppositum oportet negare auctorem in hoc loco. tenendo secundam dicenduz ad primam q̄ ē in aere nec ibi videtur imago: illa enim nō videtur: sed est species. ⁊ ratio videndi eius obiectum. ¶ Ad aliud per idem: ⁊ dato q̄ imago esset visa diceretur q̄ pars aeris que contiguatur speculo vbi est imago vt in subiecto habet tunc rationem extremi ⁊ totus alius aer interpositus vsq; ad obiectum habet rationē medij.

Actio vero est: secum quam in id quod subijcitur: agere dicimur. ⁊c̄. capitulo eodē de Actione.

Subsequenter Quero vtrū descriptio data de actione sit cōuenienter assignata. ¶ Arguitur q̄ non. nullus respectus est principium agendi sicut nec quātitas fm conclusionem: sed actio est formaliter respectus vt superius dictum est ergo male ponitur fm quam: quia illud secundum notat principium agendi. ¶ Preterea illud quo agens formaliter agit est in eo formaliter: sed actio non est formaliter in agente sed in passo: ergo actio nō est quo vel fm quā agens agit. ¶ Probatio minoris. Aristo. tertio physicorum. vult q̄ actio ⁊ passio fundentur in motu ita q̄ nō distinguantur formaliter nisi per cē ab ⁊ ī hoc: sed motus est in passo: quia est actus mobilis ergo actio ⁊ passio sunt in passo. ¶ Preterea deus creando ⁊ producendo de nihilo dicitur agere: sed agendo nihil subijcitur siue actioni: ergo incongrue ponitur in id quod subijcitur. ¶ Preterea actio est generalissimuz: ergo non potest diffiniri. patet consequētia. omnis diffinitio est per genus ⁊ differentiam: sed generalissimuz non habz differentiam nec genus ergo ⁊c̄. ¶ Ad oppositum est auctor in littera. ¶ Respondeo in ista questione. primo videndum est de actione quid sit: ⁊ hanc difficultatem tāgit primum argumētum. secundo in quo sit quod tangit secundum argumentuz. tertio quot modis dicitur: quia hoc includit tertium argumētum: quarto de que sito an cōueniēter assignetur: quia hoc tangitur in quarto argumento. ¶ Quantum ad primum dico tres conclusiones. Quarum prima est q̄ illa actio que ponitur vnum de decem predicamentis: non est aliquid absolutum: hanc probo: quia si sic ergo ad actionem ē actio ⁊ sic in infinitum. consequens est falsum vt patet ex tertio physicorum. ¶ Probo cōsequentiam. ad omnez formam absolutam nouaz potest esse aliqua actio: quia illa forma est ab aliquo agente. sed per te actio est forma absoluta ⁊ est noua. patet quia agens non semper agit ergo ⁊c̄. ⁊ pari ratione ad illam actionem erit actio. et sic in infinitū. ¶ Preterea si actio esset forma absoluta vel poneretur in agente vel in passo non in agente: quia sic omne agens mutaretur fm formam absolutam antequaz passum mutaretur ab ipso: quia passum nō mutatur ab ipso nisi iaz habente actionem: ergo oportet q̄ agens mutetur ad hoc q̄ habeat actionez cum sit forma absoluta: sed illud consequens est falsum quia motus est actus entis in potentia. passiua actiuum autem non est in potentia passiua sed actiua: nec potest poni in passo: q: si sic sequeretur inconueniens. scilicet q̄ aliquod passum non posset pati fz formaz de genere quātitatis vel qualitatis. quin simul duratione ⁊ forte prius duratione vel natura patiatur fm formam alterius generis posterioris. scilicet fm actionem: que ponitur alia forma absoluta. Est autez inconueniens. maximū q̄ subiectuz non possit pati fm formam absolutam prioris nisi patiatur fm formam posterioris. que non est propria passio prioris. patet enim quia albedo potest manere in subiecto post actionē transeuntez. ¶ Secunda conclusio sit ista. actio q̄ est genus ē forma vel respect⁹ hec sequitur ex prima: quia omne ens vel est ad se ⁊ absolutum vel ad aliud ⁊ respectus: sed actio non est ad se vel absolutum: ergo est respectus. ¶ Tertia conclusio sit ista. actio que est genus est respectus extrinsecus adueniens. probatio omnis respectus qui non sequitur necessario extrema etiam ambo simul posita in actu ē respectus extrinsecus aduenies vt prius dictum est. sed actio est huiusmodi. nam posito actiuo ⁊ passiuo nō necessario sequitur actio quia potest impediri vel per distantiam vel per contrariuz agens impediens: etiam si sint approximata. ergo ⁊c̄. ¶ Ad maiorem euidentiaz articuli vt apparcat quis respectus extrinsecus aduenies est actio. Est notandum q̄ agens creatum producens aliquid habet vnum respectum ad terminum primum siue totalem: qui dicitur productum: ⁊ habet alium respectum ad terminum formalez: qui dicitur forma educta vel inducta: ⁊ habet alium respectuz ad subiectum istius forme: quod est ipsum passum vel transmutatum. Quod autez isti respectus sint distincti patz Tuz quia sunt ad alios ⁊ alios terminos. ergo ipsi sūt alij. ¶ Tum quia respectus correspondentes eis sunt omnino alij. ¶ Primus enim respectus scilicet producti ad producens est sicut dependentis ad illud a quo dependet secundum suum esse simpliciter. ¶ Secundus est dependentis ad illud a quo dependet secundario: sicut primo accipit esse compositum. forma autem secundario ⁊ per accidens sexto metaphifice. ¶ Tertius trā simutabilis ⁊ transmutās a quo accipit formam tantuz ⁊ non suum esse simpliciter. Istoruz autem respectuū ex parte agentis duo sunt intrinsecus aduenientes. quia necessario ponuntur extremis positis. sed respectus tertius qui est ad passum ē extrinsecus aduenies. quia possibile est actiuum ⁊ passiuum cē: ⁊ tamen non habere respectum quo illud transmutet ⁊ illud ab ipso transmutetur ⁊ potest impediri vt dictuz est. Actio ergo cū

sit respectus extrinsecus adueniens est formaliter iste ergo respectus scilicet habitudo agentis transmutantis ad ipsum scilicet passum transmutatū. duo vero primi sūt respectus de genere relationis. ¶Quantum ad secundum dico illam conclusionem q̄ actio est in agente vt i subiecto ⁊ non in passo. probo in eodem est respectus ⁊ fundamentum. non enim probabile est q̄ fundamentum sit in vno subiecto ⁊ respectus fundatus sit i alio sed potentia actiua est fundamentum actionis ⁊ potentia actiua est in agente ergo actio est in agente. ¶Preterea respect⁹ oppositi nō sūt vniuersaliter simul i eodē saltem vt idem: sed actio ⁊ passio sunt respectus oppositi. passio autem vniuersaliter ⁊ necessario est in passo ergo non in eodem erit actio. ⁊ patet quia si eēt in passo esset in eo inquantum passum quia passum non ē agēs. ¶Preterea in quocunq; est formaliter aliqua forma illud est simpliciter tale secundum illam formam. omnino enim irrationabile est q̄ forma in aliquo sit formaliter ⁊ non denominet ipsum: vel q̄ non constituat ipsū informatum sm ipsam sed per te actio est formaliter in passo: ergo passum est formaliter agens quod est impossibile quia oppositum de oppposito. ¶Dico igitur q̄ actio est in agente vt in subiecto remoto. in forma autem scilicet potentia actiua vt in fundamento proximo Similiter passio que dicit respectum opppositum est i passo vt in subiecto ⁊ in potentia passiua vt fundamento. ¶Quantum ad tertium dico q̄ actio est nomē multipler ⁊ equiuocum. ¶Uno modo dicitur de operatione immanente prout intellectio ⁊ volitio dicitur actio nono metaphisice. ⁊ tamen in rei veritate est qualitas ⁊ forma absoluta. ¶Alio modo actio dicit respectum producentis ad productuz quomodo pater dicitur causa agens filij. ¶Tertio modo actio dicit respectum inducentis ad inductum. vel educentis ad eductum. quo modo calor dicitur causa caloris in ligno. ⁊ istis duob⁹ modis est respectus intrinsecus adueniens ⁊ de genere relationis. ¶Quarto modo dicit respectū transmutantis ad transmutatum sicut in presenti descriptione sumitur actio secundum quam in id quod subijcitur agere dicimur. ⁊ sic actio est genus distinctum ⁊ vnum de decem predicamentis. ¶Quinto modo actio sumitur pro re acta includendo illum respectū quem exprimit hoc quod est ab alio: vt dicitur tertio phisicorum. vnde actio isto modo pertinet quātum ad illud connotatum ad aliquod genus absolutum secunduz quod passum transmutatur: puta secundum qualitatem vel quātitatem vel huiusmodi. ¶Sed ille terminus ab alio q̄ formaliter importatur per nomen actionis in ista quinta significatōne adhuc potest accipi equiuoce. vel scilicet ab: vt a producente aut inducente. vel ab: vt a transmutante. primo modo ⁊ secundo pertinet ad genus relationis vt dictum est. tertio modo ad genus passionis sicut ⁊ transmutatio passiua. ¶Quantum ad quartum concedo q̄ non est diffinitio propria sed dicitur descriptio aut notificatio que sic intellecta vt patet ex predictis est conuenienter assignata. ¶Actio est secundum quaz vt per actum ⁊ formam actiuaz in id quod subijcitur scilicet in subiectuz vel passum transmutabile agere dicimur nos scilicet agentes. in qua descriptione ponitur subiectum quod est agens ⁊ terminus qui est passum ⁊ ponitur aliquid loco generis secundum quam scilicet formam quia actio quidditatiue ⁊ formaliter est in forma. ¶Ad primum argumentum in opposituz dicitur q̄ esse principium productiuum cōtingit dupliciter vel vt quod vel vt quo. ⁊ hoc secundo modo adhuc dupliciter. vel vt principium formale productiuum: alio modo: vt actus productiuus. exempluz primi ignis calefaciens respectu caloris geniti in ligno. exemplum secundi calo: in igne respectu termini eiusdem. exemplum tertij calefactio respectu eiusdem termini. dico igitur q̄ licet respectus non sit principium productiuuz duobus modis: est tamen tertio modo vt actus productiu⁹: et talis est respectus de genere actionis. ¶Ad secundum concedo quod actio est in agente. Ad Aristo. tertio phisicorum dico quod loquitur de actione hoc modo scilicet pro re acta que est ipsa forma que inducitur in passum per motum. de illa concedo quod reperitur in passo. ¶Ad tertiuz dico quod quando deus producit de nihilo. non agit actiue de genere actionis sed de genere relationis que est producentis ad productum. ¶Ad quartum patet ex dictis quod non est diffinitio propria sed descriptio quedam aut notificatio.

Non est autem motus actio: sed quale Quiescere eniz ē quale: quare ⁊ motus quidem quale erit. Simpliciter. enī quecunq; contrariorum oppositionem suscipiunt eiusdem suscipiunt generis predicationem. capitulo eodem.

Queritur Utrum motus sit in genere qualitatis. ¶Videtur quod non quia motus est in genere quātitatis ergo nō in genere qualitatis. patet cōsequentia quia idem non potest esse in diuersis predicamentis probatio antecedentis per Aristo. quinto meta phi. capitulo de quanto. Tēpus est quantitas per motum ergo motus magis. ⁊ tempus est quantitas per se quia species quantitatis continue per Aristo. ergo motus est magis species quantitatis. ¶Preterea motus est in genere actionis uel passionis: ergo non est in genere qualitatis. consequentia pbatur ut pus. pbatio antecedentis illud q̄ de alio pdicatur in abstracto est idem illi essentialiter: sed ista est vera passio est motus ⁊ ista actio est motus: ergo sunt essentialiter idem ⁊ per consequens eiusdem generis probatio minoris hec per se est vera patiens mouet ergo passio est motus. ⁊ ista similiter agens mouetur ergo actio est motus. vtraq; consequentia tenet per locum a coniugatis. ¶Preterea motus accipit formam specificaz a termino ad quē quinto phisicorum. ergo similiter genus sed per se terminus motus est i tribus generibus. scilicet quantitate qualitate ⁊ vbi. ex quinto phisicorum. ergo motus est per se. in illis tribus generibus: non ergo tantum in genere qualitatis. vnde quinto phisicorum dicitur quod tot sunt species motus quod entis acquisiti scilicet per motum. ¶Ad oppositū est auto: hic in littera. ¶Respondeo secundū. Cōmentatorem tertio phisicorum de quidditate motus sunt due famose opiniones. Una quod motus est fluxus forme. alia quod est forma fluens: ⁊ dicit quod prima est cōis: sed secunda verior. si ergo teneatur prima opinio quod motus sit fluxus forme non ipsa forma: certū est quod est per se species quantitatis continue: vt dicit Aristo. quinto metaphisice. ⁊ hec etiaz potest poni in tertia specie qualitatis nō per se ⁊ essentialiter: quia sic nihil idem est in diuersis generibus: sed pro quanto est sensibile commune sicut ⁊ quies vt dicitur secundo de anima. Qualitas autem sensibilis facit tertiam speciem qualitatis. hoc autem modo videtur auto: considerasse motum cum dicit motus est quale sic ⁊ quietē. Et per hec patet solutio

ad primū argumētuz. Si aūt teneatur secunda opinio quaz credo veriorem scilicet quod motus non est aliqd realiter nisi ipsa forma fluens sic nō potest poni in vno genere tantum: sed est in diuersis motus in quantitate est in genere quātitatis. Similiter est de motu in qualitate ⁊ vbi hoc modo vī consideraſſe motū Aristo. tertio ⁊ quinto phisicoꝝ. ⁊ sic pz solutio ad tertiū argumētū. de quiete aūt oppositā motui dicēdū ē consequenter qō in eodē genere ponenda est in quo mot⁹. ¶Ad primū in oppositū ⁊ tertiū pz solutio ex predictis. ¶Ad secundū nego añs. ad probationē nego minorez. hec eniz est falsa passio est motus. similiter ista actio est motus ⁊ qñ ꝓbatur per locū a cōiugatis a cōcretis ad abstracta dico qō talis cōsequētia non tenet in cōcretis dictis per accidēs. non cni valet homo ē albus: ergo humanitas ē albedo. ita hic nō sequit patiens mouet ergo passio ē motus q: prima est per accidens tenet aūt cōsequētia in predicatis per se vt albū ē coloratū ergo albedo ē colo:: quia in prima ē predicatio per se in prio modo.

¶Passio aūt ē effectus illatioqz actiōis.

Notandum ꝙ vt dicebat supra primū ē actionis ex se inferre passionē. eo ergo modo quo actio efficit ⁊ infert ex se passionē eo modo passio ē qd effectum ⁊ illatū ab actione. quomodo aūt actio inferat passionē dictū ē superius. in hac descriptione ponitur aliquid ḡ si loco generis scilicet effectus illatio que exponēdo lique. idest vt sit sensus effect⁹ ⁊ illatio. Iterum sumēdo abstractū ꝓ concreto illatio idest illatū ponitur vt suuz correlatiuuz vel vt relatio opposita actiōis. passio aūt ⁊ actio sunt respect⁹ oppositi iō debēt se inuicem notificare q: opz in vtroꝝ rōnibus vtriqz vti. si ergo in descriptione actionis posita ē passio implicite dicēdo in id qō subicitur id ē patitur. i. transmutatur transmutatione passiua sic in descriptōe passionis ponitur actio sed explicite vt dictū est. ¶Cōtra hāc descriptionem arguit. Tū q: nō est conuertibilis cuz diffinitio. nam qualitas immo omnis forma terminās motuz est effectus illatioqz actiōis. agens eni vel mouēs efficit formā ad quā ē motus ipsa actiōe vt actu ꝓductiuo ergo ⁊c. Tū quia datur per copulā ⁊ omnis talis diffinitio est increpanda scdm Ar. tertio topicoꝝ. Tū q: idez nō cōponitur sibi quia copula est inter diuersa sed effectus ⁊ illatio actionis sunt idem ergo male ponitur liq ꝓ ea. ¶Ad primuz dicit ꝙ sic intelligendum est ꝙ passio est effectus vel illatio actionis primo ⁊ immediate. sed non ē sic de forma que terminat motuz q: illa mediante passione cātur. verbi gratia calor in corpore nō cātur primo ⁊ immediate sed mediante passiōe. ipsa aūt passio cātur primo ⁊ immediate ⁊ hoc mō est intelligēda descriptō ¶Sed ꝫ passuz non patit nisi q: recipit nouaz formā ergo prius ex natura rei hz formā quā patiatur ⁊ per consequens quā habet passionem: quia causa prior est causato ergo forma ista prius est effectus actionis ḡ passio. confirmat q: quicqd est pri⁹ pōre ē pus posteriore sz passiū est prius passione sicut fundamētum est prius respectu: ⁊ vniuersaliter oīs respectus ē posteri⁹ extremis. ¶Similiter forma que inducit ē prior passo vt actu patiens: q: (vt dictū est) nō est actu passum nisi ꝙ formā ad quā trasmutat: ergo forma ista ē prior passione ⁊ ꝙ cōsequēs prius ⁊ immediatius effectus actiōis. Aliter ergo dicēdū est vt prius in capitulo de actione. quia passiō ē effect⁹ actionis sic ꝙ actio efficit ipsaz: non vt qō nec vt principium formale quo: sed sicut actus ꝓductiu⁹ quo agens transmutat passuz ⁊ transmutatio passiua est ipsa passio illata. passio ergo ē illatio ⁊ effectus actionis sic respect⁹ oppositi ꝫ sequēs forma ad quā passū transmutatur: vnde in tali trāsmutatione oz imaginari tria instātia vel signa nature lz totū possit cē simul tēpore ⁊ duratiōe ¶In primo signo ē agēs ⁊ passū vt duo absoluta ante omnē actū puta ignis ⁊ aqua. ¶In secūdo signo forma caloris inducitur in aqua ab igne. ¶In tertio signo cōsurgit respectus passionis in passo ⁊ respectus actiōis in agente: q: simul sunt respect⁹ oppositi ⁊ nō sunt. forte in eodē signo innascuntur respect⁹ producentis ⁊ ꝓducti inducentis ⁊ inducti qui sunt de genere relatiōis. ¶Ad primuz secundum ⁊ tertiū potest dici ꝙ ista nō est vera diffinitio q: nulluz generalissimū potest vere diffiniri cum supra se non habeat aliud genus nec differentiam nec est ꝓpie copulatio nec idem sibi copulat q: liquē nō debet intelligi copulatiue sed expositiue que ꝓ. idest non ꝓpter.

a **¶Maiorem** Euidentiam huius capituli de passione. ¶Queritur vtrū passio sit genus distinctuz ab actione ⁊ videt ꝙ nō sit genus: quia id quod est species alicuius generis nō est genus generalissimuz: sed passio est huiusmodi. nā species tertia qualitatis ponit passio ⁊ passibilis qualitas. ¶Preterea principij non ē principiū sed actio est principium passionis: vt patet ex predictis ergo passio nō est principium ergo nec generalissimuz. ¶Preterea actio ⁊ passio sunt respectus oppositi ergo pertinētes ad genus relationis: non ergo sunt generalissima. ¶Secūdo arguitur ꝙ nō est distinctuz genus quia actiuuz ⁊ passiuum similia sunt in genere ex primo de generatione: ergo et actio ⁊ passio consequētia patet per locuz a coniugatis. ¶Preterea cōtraria sunt in eodem genere secundum Aristo. io. metaphi. sed actio ⁊ passio sunt contraria ergo. ¶Ad oppositum est auct: hic in littera ⁊ Aristote. qui ponit decem genera: quia tunc nō essēt decez. Respōdeo ꝙ de passione plura dicta sunt capitulo de actione. iō breuiter transeundo primo videndum si passio est generalissimū. secūdo si sit distinctū ab actione. ¶Quātum ad primū sit prima cōclusio. passio est genus generalissimuz. probatio id quod nō habet aliud supra veniens. genus est genus generalissimuz ex diffinitione generis generalissimi data a porphirio: sed passio est huiusmodi ergo ⁊c. minor patet quia non habet supraueniens quia nō est ergo ⁊c. ¶Contra forma est quid cōmune superius predicatū de actiōe ⁊ passione ⁊c. ergo omnia ista habent supra se genus probatur quia forma non predicatur de eis vt accidens nec vt proprium. patet. nec vt spēs nec vt differentia quia predicatur i quid de eis ergo predicat vt genus. ¶Respōdeo: forma ē equiuocū vt est cōmune istis ⁊ est transcendēs nullum aūt tale ē gen⁹. ¶Secunda conclusio est ista passio est vnum genus probatio illud genus quod secundum vnam rationem de omnibus suis inferioribus predicatur est vnum genus sed passio est huiusmodi. sed que est ista vna ratio? Respōdeo ꝙ est ratio trāsmutabilis passiue quia omnis respectus transmutati ad transmutans est huiusmodi. Ex his patet ad argmēta cōtra hūc articulum. Ad primum patet in littera quod equiuocatur de passione passio enim que est genus nullius alterius generis est species. Ad secundum dico quod maior sic absolute sumpta est falsa substantia enim est principium omniuz aliorum nouē ꝓncipiorum: sed si sic intelligatur ꝙ principij non est principiuz in eodem genere maior ē vera sed minor est falsa. passio eniz non hēt principium in eodem genere. ¶Ad tertium dico ꝙ non omnes respect⁹ oppositi sunt de genere relationis sz illi trū qui sūt itrinsec⁹ aduenientes actio autē ⁊ passio sūt extrinsec⁹

aduenientes vt sepe dictū est. Quātuz ad fm dico istaz conclusionē q passio ē distinctū gen⁹ ab actione: qō patet ex p̄cedentib⁹. Tum q: est in alio subiecto ꝛ nunqz simul sunt respectu eiusdē. Tuz q: habēt distinctas descriptiones. Tuz q: habent alias rōes p̄dicādi de suis inferioribus. ¶ Ad p̄imū in oppositū dicendum q Aristoteles ibi loquitur de genere phīsico ꝛ subiectibili. actiuuz enīz ꝛ passiuuz cōmunicāt in materia ꝛ subiecto sed non sunt idē genere logico p̄dicabili de quo queritur in proposito. Ad secunduz dico q actio ꝛ passio nō sunt respectus oppositi contrarie ſz relatiue: ꝛ dato q ēent contrarij largo modo: nō tamen sequitur q sint in eodē genere q: contraria possunt esse genera aliorum: vt ibidem dicitur in p̄dicamentis ꝛc̄.

Quando vero est qō ex adiacētia tpis relinquitur. ꝛc̄. cap. quinto de quando.

Circa capitulum de quādo. Queritur vtrū quādo possit cōparari. Videtur q non q: nulla relatio pōt ēe fūdamētū relationis: q: tūc p̄cederet i infinitūſz qñ ē relatio q: respect⁹ cōparatio ēt ē relatio p̄z. ergo ñ potest fundari in quando. nec p consequens quando pōt cōparari. cōperatiuuz enīz cōparatiōe cōparat. ¶ Contra est ipse auct⁹ in littera. ℟ Respondeo q questio ista tāgit difficultatē an relatio possit fundari in relatione. ideo p̄imo videndum est in quo relatio pōt fundari. secundo ex his ad questionem. ¶ Quantuz ad p̄imū p̄ima conclusio est ista. relatio potest fūdari immediate i substantia. pbatio materia ꝛ forma sunt causa immediata omniuz accidentiuz. sed omnis cā fundat immediate respectū cālitatis. ergo respectus cālitatis fundatur imediate in substantia materie ꝛ forme. Similiter pōt argui de cansalitate passiua. quia aliqua substantia generatur ꝛ p̄ducitur: ergo fundat immediate respectū p̄ducti ad p̄ducēns vel generās. ¶ ℙ Preterea cōpositū immediate dependet a materia ꝛ forma: ꝛ substatia a p̄imo ente. sed dependētia est relatio. ergo relatio fundat immediate i substātia ℙ Preterea forma substātialis immediate vnitur materie ergo immediate fūdat respectuz vniōis ℙ Preterea substātia ē p̄io: omni accīte sed p̄ioritas est formaliter relatio: ꝛ ita p̄oritas fundat imediate i substātia aliter eēt p̄cessus in infinitū. ¶ Sēda p̄clusio ē ista ralatio pōt imediate fūdari in qualitate ꝛ quātitate. hec enīz ab omnibus p̄cessa ē ꝛ patet quinto metaphisice capitulo de ad aligd vt simile ꝛ equale ꝛc̄. ¶ Tertia conclusio ē ista relatio pōt fundari imediate in relatione. pbo sic hec albedo ꝛ illa sunt eiusdem generis vel ratiōis ꝛ fūdat relatōnē p̄formitatis. ita patnitas hec ꝛ illa sūt eiusdē rōis ergo fūdat relationē p̄formitatis nec ista cōformitas ē idē q patnitas: q: p̄formitas ē ō p̄io mō relationis paternitas de secundo. ¶ Confirmat q: paternitas ꝛ paternitas sunt eiusdē spēi vel idez specie: idem ptitas est relatio ergo relatio fundat in relatione. Item inter paternitatē ꝛ filiationē ē relatio difformitatis ergo relatio fundat in relatione hac ꝛ illa: nec difformitas cū sit de p̄imo mō est idē q paternitas ꝛ filiatio que sunt de secundo mō. ¶ ℙ Preterea certū ē q inter relationes ē ordo ꝛ distinctio ſz ordo ꝛ distinctō sūt relatōes ergo ꝛc̄. Cōtra arguit sicut patnitas ꝛ patnitas fūdāt p̄formitatē que est relatio per te ita conformitas hec ꝛ illa cū sint eiusdez rationis fundabunt aliā conformitatē ꝛ sic in infinitū. ¶ Similiter pōt argui de difformitate ordine ꝛ distinctione. ℟ Rādeo q standū est in secundo. nā aliqua relatio sic est ratio referendi q non refert: ꝛ sic est quo q nō est qō. vna ergo conformitas nō ē conformis alteri: sicut nec albedo ē alba nec tristitia tristat. ¶ Quarta conclusio q̄ sequit ex p̄dictis est ista. relatio potest fundari immediate in omni ente. pbo omne ens omni enti cōparatuz ē idē vel diuersuz ex quarto metaphisice. ſz idēptitas vel diuersitas sunt relationes ergo fūdātur in omni ente. ¶ Confirmat q: omne ens vel est cā vel cātum p̄ius vel posteri⁹ vel simul: q̄ omnia sūt nomina relatiua ꝛ dicūt formaliter respectus. ¶ Quantū ad secundū p̄z ex p̄dictis q̄ non repugnat ipsi quādo nec alicui respectui posse cōparari q: pōt fundare relationē. ¶ Ad argumētum in oppositū dico q maio: est falsa quia secūdū Euclidez ꝓportionalitas ē similitudo duarum ꝓportionū ergo super ꝓportionē que dicit formaliter relationem. vel super vnitatē eius fundat similitudo: que etiā formaliter est relatio maio: ē ergo habz falsaz illud argumentum ꝛ non sequit̄ p̄cessus in infinitū: quia statur in secundo vel tertio ꝛ tādē venitur ad absolutum sicut accidens fundatur in accidente puta q̄litas in quantitate nec ꝓceditur in infinitum sed tandez deuenitur ad substantiam.

Est autem quando in omni eo quod incipit esse: vt corpus quidem vniuersum aliquādo est: ut in tempore. ꝛc̄. cap. eo.

Queritur Vtrū hec ꝓprietas valet q ꝓp̄rie est ipsi quādo est esse in omni eo qō incepit ēē. Videtur q non q: angelus vel intelligētia incepit ēē ꝛ tn̄ nō est in qñ p̄obo mobile ē p̄ius natura motu q: nō mēsurat tpe sed euo. ¶ Similit arguit de aia q: vī se habere sicut angelus ꝛ tn̄ in lra dicit q ē in tpe ꝛ in qñ. ¶ ℙ Preterea p̄imū mobile incepit ēē ꝛ tn̄ nō est in qñ. pbo. mobile ē p̄ius natura motu. motus ē p̄io: tpe. tēpus est p̄i⁹ qñ. q̄libet istaz pbat. q: sbm ꝛ cā p̄us ē accidente. mot⁹ aūt est i mobili: ꝛ tēpus i motu: q: passio motus. ſz tps ē cā qñ ergo a p̄imo ad vltimū totum mobile ē p̄ius qñ: ſz p̄ius vt p̄ius nō est in posteriori ergo. ¶ Contra ē hic auct⁹ in lra. ¶ ℟ Respōdeo hic p̄mittēdo vnā ꝓpōem. s. q eo mō quo aliquid ē in tēpore. eodē mō ē in qñ. hoc ē pbabile de se. ſz ad videndū qñ aligd est in tēpore. ¶ Notādū q ista q̄nqz se hñt fm quēdā ordinē in entib⁹. ¶ ℙ Primū ē fluxus forme. ipse mot⁹ q̄cūqz puta de albatio ꝛ illō ēntialiter mēsurat tēpore q: nl eius manet idē: sed rō eius requirit ptez eius succedere ptī eius. ¶ Secōm ē forma fm quā pōt nec quieto ēē fluxus partis post ptez puta ipsa albedo. ¶ Tertiū ē forma fm quam actualiter ē fluxus puta ipsa albedo i fieri. ꝛ hoc fm ꝛ tertiū ē eadē forma licet fm dispōez diuersā acceptā: ꝛ fm illam vno mō acceptā ē actu motus: ꝛ alio modo acceptā ē actu quies p̄imo modo mensurat tēpore rōe fluxus annexi. secōo modo nā tpis qdā dicūt q euo. ¶ Quartū ē permanēs in quo non ē natus ēē fluxus partiuz puta celum ꝛ q̄cunqz mobile etiaz angelus si sit localiter mobilis ꝛ illud q̄rtū nō mensurat tēpore per se nec secundū ipsū est ꝓp̄rie quies sicut nec motus q: nō natū moueri nisi p accīs: ideo nec quiescit. sed motus ꝛ quies ē secundū aliquā formā necessario consequētē ipsū ꝛ sic p accidēs tpe mesurat. ¶ Quintū ē illud in quo nō pōt esse fluxus nec in aliquo cōsequēte ipsū naturaliter: vt est de⁹: ꝛ ió q: manz inuariatū oio idē duz manet nullo mō mēsurat tpe nec secōm se totū nec secōz ptez ei⁹: nec etiā mēsurat tpe p accidēs tale nullo mō ē in qñ. Ex his pz ad questionē qō quādo aliquo modo ē in omni eo qō incepit sicut ꝛ tēpus. ¶ Ad argumēta patet ex p̄dictis q tam angelus quā anima ꝛ quam celum aliquo mō sunt in tpe ꝛ in quando: licet secundum suum esse for-

male ⁊ quidditatiuum mensurentur euo. ¶Aliter potest dici quod auctor loquitur secundum opinionez Aristo. qui ponit intelligentias ⁊ celum esse ab eterno ⁊ nō incepisse. Ad illud autem de anima soluitur quod non simile est de anima ⁊ de angelo. Tum quia etiam secūdum Aristo. 19. de animalibus intellectus idest anima est ab extra idest creata ⁊ producta de nouo nec sic est angelus secundum eum: cum angelus non sit forma corporis sicut anima. ideo magis est variabilis ꝑ̄ tēpus q̄z sit angelus.

Vbi vero est circumscriptio corporis a circūscriptione loci proueniens. locus autē est in eo quod capit: ⁊ circūscribit. est ergo in loco: quicquid a loco circūscribitur: non est autem in eodem locus ⁊ vbi. locus enim in eo quod capit. vbi vero in eo: quod circūscribitur: ⁊ cōplectitur. videtur autē non oī ad esse. Anima eniz nusq̄z est. Nullum eniz locum occupat: neq̄z implet. ca. vj. de vbi.

q **Queritur** Vtrum aīa vel intelligētia occupat locuz. ¶Videtur q̄ sic. nā qō determinat sibi locū ē in loco sz aīa ⁊ ītelligentia sūt hmōi: ergo maior pz q: non sūt vbiq̄z ergo in aliquo loco determinate. ¶Contra ē auctor hic in littera. ¶Rñdeo primo videndū ē de loco corporis. secōdo de loco angeli siue anime. ¶Quantū ad primū notādū est q̄ omni corpori preter vltimū celum qō non hz extra ptinēs ꝓueniunt sex. ¶Primū est eē in loco actuali non q̄ necessario sit in loco: q: deꝰ posset facere lapidē nō existēte alio corpore vel facere illū extra vniuersū ⁊ vtroq̄z modo ēt non in loco. nō ergo requirit eē necessario in loco: sz tantū haberet potentiā passiuā qua posset eē in loco: tñ de facto oē corpus p̄ter vltimū ē in loco. ¶Secōm ē eē in loco actualiē determinato. nō eniz pōt eē in loco quin aliud vltimuz cōtenti qō ē. primuz cōtinenti faciat illud actu q: facit distare latera cōtinentis. secus est de parte in toto que nō facit superficiē in potentia continētem ipsam eē in actu ⁊ ideo pars in toto nō est sicut locatū in loco ex secundo phisi cor. ¶Tertiū ē esse in loco equali. nā ꝓpter eādē quātitatē qua facit locū in actu modo ꝓdicto necessario exigit locū sibi equalē. ¶Quartū ē eē i loco cōmēsuratiue ⁊ hoc ꝓp eādē quātitatē ita q̄ pars superficiei ptēti correspondet pti superficiei cōtinctis ⁊ totū toti. ¶Quintuz est eē in loco determinate hoc vel illo ⁊ hoc cōpetit corpori ex determinato loco ipsū locante. ¶Sextū est esse in loco naturaliter vel violenter ⁊ hoc cōpetit corpori i quātuz corpus naturale. ⁊ hoc scilicet inquātū hz formam substantialem determinatam ⁊ qualitates determinatas natum est ab aliquo locante conseruari ⁊ ab aliquo corrumpi. ⁊ quādo continetur ab vltimo illius quod est natum ipsum conseruare: dicitur esse in loco naturali. quando vero ab illo quod natuz ē ipsuz corrūpere: dicit eē in loco violenter. Quātuz ad secōm correspondenter dicā sex. ¶Primū dictū ē q̄ angelus non necessario ē in loco: q: multo magis quā corpus posset fieri sine creatiōe creature corporalis: vel ea facta posset fieri ⁊ eē extra omnez creaturā corporalē. tñ in angelo est potētia passiua qua posset esse in loco. Secōm dictuz ē q̄ non oportet angelū esse in loco auctuali. q: nō opz eū eē in aliquo cōtinēte diuisibili actu existēte. non enim facit latera continētis distare ⁊ ideo nō facit superficiez cōtinētē eē in actu. ¶Tertiū dictum ē qō nō pōt angelus esse in loco quātūcūq̄z magno. q: hoc ē ꝓp̄riū dei nec vt credo potest eē in loco quātūcūq̄z paruo in infinitū. potest tamen esse in puncto hoc ꝓ nūc supponat q: probare illud est difficile ⁊ magis alterius speculationis. ¶Est ergo angel⁹ i loco sic q: hz locū determinatū i loco tñ determinato hoc mō: q: ē aliquis locꝰ quo maiorē nō posset habere ⁊ aliquis quo minorē nō ē in loco cōmensuratiue q: cū sit indiuisibilis non hz partē ⁊ ptē cū ptibꝰ loci. ¶Quintū dictū ē q̄ angelꝰ ē in hoc loco vel in illo q: ñ est vbiq̄z. nā angelꝰ cū sit i potētia ad vbi i cōmuni ⁊ nō ex se determinatꝰ ad hoc vbi vel illō. tñ ab eodē agēte reducē ad hoc q̄ sit actualiter in loco ⁊ in hoc loco vel in illo. illud vero ē creans ⁊ ꝓducens. ¶Sextū dictum ē q̄ angelus nō ē in aliquo loco naturaliter q: tūc ēt in aliquo loco violenter qñ. s. ēet extra locū naturalē ⁊ sic etiā aliquod corpus haberet naturalē habitudinez ad ipsuz cōseruāduz ⁊ aliquod corpus ad ipsū corrumpēdum. quod simpliciter ē falsū. ¶Ex illo sexto dicto pz q̄ illa potētia que ē in angelo ad essendū in loco non est naturalis nec violenta sz est neutra: q: istud passiuz scilicet angelus non inclinat ex se naturaliter ad hūc locum nec ad oppositū sed neutro mō hz se ad ista sicut superficies q̄ se hz ad albedinē ⁊ negredinē. ¶Sic ergo patet quomō angelus ē in loco. s. diffinitiue. Et qūo nō. s. cōmēsuratiue qūo auctor iste negat angeluz ⁊ aīmā eē in loco. ¶Sz tunc occurrit dubiuz. illud vbi diffinitū aut eē in loco diffinitiue qd est ⁊ in quo genere collocetur. ¶Rñdeo p illud vbi nihil aliud intelligo nisi assistentiā vel ꝓsentiaz angeli ad locuz a quo vtiq̄z continet. Sz nec circūscribit nec cōmensurat. est autē in genere vbi ꝓ reductionē q: cū isto hz maiorē cōuenientiaz ⁊ similitudinē q̄z cū aliquo alio ꝓdicamētorū. ¶Ad argumentū in opposituz pz q̄ concludit p:o eē in loco diffinitiue vel determinatiue. Ad aliud in contrarium loquit̄ de esse in loco commensuratiue.

Nequaq̄z igitur duo in eodem loco eē simul possūt: nec idē vnū in diuersis. ca. eo.

s **Absequenter** Queritur vtrū sit possibile idē corpꝰ eē simul in diuersis locis. Videtur q̄ sic nā i eodē loco pōt esse duo corpora simul ergo ⁊ idē corpꝰ in diuersis locis. añs pz de ferro ignito vbi sunt simul ferruz ⁊ ignis cōsequētia pz q: similis possibilitas vel ipossibilitas videt eē hinc ⁊ inde. Contra ē auctor hic in littera ⁊ Aristotiles quarto phisicoruz ¶Rñdeo hic sunt due cōclusiones secōm fidei veritatem ¶Prima cōclusio ē q̄ de potētia dei possibile est duo corpora eē simul in eodē loco. qō pz. Tum q: xp̄s fuit natꝰ de virgine matre ergo clauso claustro qō esse non potuit nisi duo corpora simul essent. Tuz quia xp̄us resurrexit clauso sepulchro. vnde mulieres dixerunt quis reuoluet nobis lapidez ab hostio monumenti. quez tñ lapidem angelus postea reuoluit. cōstat ergo in resurrectione corpus xp̄i simul fuisse cū corpore lapidis. Tū q: post resurrectionē intrauit ad discipulos ianuis clausis. ergo idē quod p:ius. Tū q: celū ē corpus indiuisibile q: incorruptibile: diuisio aūt ē quedā corruptio. sz corpora beatorum in celo empitero erunt simul cuz celo ⁊ econuerso sine diuisione ⁊ cessione alicuius illoꝝ. ¶Secunda cōclusio ē quod de potētia dei idē corpꝰ pōt esse simul in diuersis. probatio q: corpus xp̄i simul est in celo ⁊ in sacramēto altaris immo in pluribus altaribus simul sub sacramento. ¶Preterea legit̄ qō beatꝰ Ambrosius exīs medionali simul interfuit sepulture beati Martini turonis ergo simul fuit i diuersis locis. ¶Itē

sūt alie due cōclusiones oppōsite scōm phi. auctoritatē vna q̄ de potētia naturali impossibile ē simul duo corpora simul eē. Alia de potētia naturali impossibile ē idē corpus eē in diuersis locis. ¶Ratio prime ꝓclusionis assignat duplex. vna repugnātia quātitatis vel dimensiōnū. vnde Ax. quarto phisicoꝝ dicit. q̄ dimensiōes sole sine qualitatib⁹ ⁊ passionib⁹ faciunt distare duo corpora: ⁊ contradictio ē quod maneāt dimēsiones ⁊ non faciāt distare. nā corpus cubicū facit distare scōz q̄ dicit ibi. q: ille dimensiones repugnant ad inuicē vna expellit aliā nec possunt simul eē. ¶Intelligēdū eni q̄ dupliciter possūt aliqua repugnare. scilicet formaliter vel virtualiter. ꝓmomō repugnāt duo ōpria puta calidū ⁊ frigidū. scōo mō cā nālis repugnat effectui oppōsito sui effectus: vt ignis frigidati. due ergo dimēsiones repugnāt non scōo mō q: repugnātia duaꝝ dimensionū nō est nisi pp̄ simlitatē loci: quē replet vnū corp⁹ quantum pōt replere. ergo si aliquod corpus repleat cū eo eūdez locū erit repugnātia quātitati primo nō formaliter sed quasi virtualiter rōe illi⁹ effect⁹ q̄ ē ēsi repletio. ¶Alia rō ꝓclusiōis assignat loci ordo vniuersi. vbi notādū q̄ sicē i vniuerso ē ordo ꝓueniētie. ordo ōpēdētie. ordo durationis ⁊c. ita ē ordo sit⁹ ꝛz quā vniuerse ptes vniuersi sunt cōtigue ⁊ vna extra aliaz. ex quo sequit q̄ nec vacuuz possit esse nec duo corpora simul: ita q̄ vtriusqz ē eadē causa rationalis. ꝛz primā puto veriorē. Rō scōe cōclusionis assignatur illa: q: naturaliter niutatio positiua qua. ſ. acquirit aliq̄ nō pōt eē sine ōperditiua: qua aliquid deperdit. ⁊ hoc vbi nate sunt eē istē due mutationes. q̄ iō dico q: alicubi non sunt nate eē ambe puta in illuminatōe aeris. vbi sic ē mutatio positiua q̄ nulla ē deperditiua. nullū ergo corpus pōt eē in diuersis locis q: nō pōt moueri ad vnū nisi deperdat aliud: quia igit nā nō posset separare has duas mutatiōes vbi nate sunt eē vt in ꝓposito: ió non pōt facere idē corpus eē in diuersis locis bene. ergo dicit auctor i littera quod idē corpus non pōt eē simul in diuersis locis nec plura corpora in eodē loco. ¶Ad argumētū i oppositū nego antecedēs. ad pbationē de ferro ignito iaz dictū ē in p̄ncipio huius libri quod nō imaginādū ē ignē ⁊ ferrū eē simul: ꝛz q̄ ferrū ē porosū multis poris in quib⁹ ignis capitur ⁊ sic duo corpora non sunt simul.

Contentio autē de spere extremitate oritur Nihil enī extra idē est in eo autem locus esse non poterit vt dictuz est a superioribus qō ab eo ḡdem loco ambitur. ⁊c. ca. eo.

q **Queritur** Utrū vltimū celū sit i loco. diuersi philosophi et cōmētatores diuersa dixerūt volētes saluare illud celū ⁊ si ñ ꝓprie tn̄ aliquo mō deesse in loco. Quidā enī vt Anerrois dicit ipsū eē in loco scūdū cētrū. Ali⁹. ſ. themisti⁹ p̄ ptes. alij p vltimā sui superficiē de quo magis spectat ad ārtū physicoꝝ. qcād sit de dictis eoꝝ certū habeo q̄ illud celū nō ē in loco p̄o prie loquēdo p rōem autoris. nā oē q̄ ē in loco circūscribit ab aliquo corpe q̄ ē extra ipz ⁊ ab eo disiunctū ⁊ diuisuz vt pz. 4. phisicoꝝ. ꝛz celū vltimū nō hz aliq̄ corpus extra se q: nō tā esset vltimū ergo ⁊c. vnde hic ē aduertēdū q̄ corpa vniuersi sūt ītra se ordinata vt ꝓtinētia localiter ⁊ ꝓtenta. terra eni ꝓtinet ab aqua. aq̄ ab aere. aer ab igne. ignis a spera lune. spa lune ab alia spera. ⁊ sic vsqz ad vltimā. sicut ergo nō est incōueniēs dare in vniuerso aliq̄ corp⁹ ita cōtētū quod nullo mō est locus ꝓtinēs alterius puta terra: ita nec ē incōueniēs dare aliq̄ corp⁹ q̄ ita ē locus contīnēs alterius q̄ nullo mō ē in loco nec ab aliquo ꝓtētū. ⁊ ita ē vltima spera siue celū vltimū q̄ dr̄ primū mobile supra q̄ ē empireuz vt tradūt theologi ⁊ verē. ⁊ ibi est locus beatoꝝ vltra q̄ non est neqz loc⁹: neqz motus: neqz tēpus: vt dicit Aristo. scōo de celo ⁊ mundo.

Positio est quedā partiū situs ⁊ generationis ordinatio. ca. vij. de positione.

a **Euidentiam** Capituli positiōis. Queritur vtrū sit vnū p̄dicamētū. Arguit primo q̄ nō sit p̄dicamētū nec vnū generalissimū nā oīs relatio ē de genere relationis. ꝛz positio ē relatio q: formaliter respect⁹. ergo ē in genere relatiōis. ⁊ per cōsequēs nō ē generalissimū. ¶Preterea illud q̄ est dra generis nō ē generalissimū ꝛz positio ē dra gñis ēntitatis vt dr̄ in p̄dicti: ergo positio nō ē generalissimū. ¶Secundo arguit sic q̄ nō sit vnū genus. nā positio ē respect⁹ mutu⁹ sicut ⁊ ordo. ergo qua rōe ordo ptiū locati ad ptes loci facit vnum genus. ergo eadē rōe econuerso ordo ptium loci ad ptes locati facit aliud genus. ¶Cōfirmat: q: actio ⁊ passio faciunt duo genera que sunt duo respect⁹ oppositi ergo pari rōe in ꝓposito ordo ⁊ ordo qui sunt respect⁹ oppositi in ꝓposito. ¶Idē argumētū valet ad pbandū de vbi ⁊ q̄ñ ⁊ de habitu q̄ sint duo genera. q: in his oībus sunt respect⁹ oppositi ad instar actionis ⁊ passionis: vt vbi actiuū ex pte loci: ⁊ vbi passiuū ex pte corporis locati. Similiter q̄ñ actiue ex pte tp̄is ⁊ q̄ñ passiue ex pte rei tēporalis. ¶Itē habere actiuū ex pte adiacētiū corpi ⁊ habeī passiue ex pte corporis cui adiacēt. ¶Ad oppositū ē auctor ⁊ Ax. aliter cēnt plura generalissima aut pauciora q̄z decem. ¶Respondeo hic sunt due ꝓclusiones. ¶Prima conclusio ē ista. positio ē genus generalissimū. pbatio. illō gen⁹ q̄ nō hz supraneniēs ē generalissimū p diffinitionē data a porphirio ꝛz positio est hmōi igit: nā nihil hz supra vniuocū nisi ens q̄ nō est genus ⁊c. Et sicut dictū ē in porphirio hoc ē de ratione generalissimi nō habere supra se aliud gen⁹ esto q̄ paucas vel nullas habeat spēs sub se: sicut est de quādo vbi positione ⁊ habitu: que paucas aut nullas habēt sub se spēs. Secūda ꝓclusio est ista q̄ positio ē vnū genus. pbatio: q: p̄dicatur de oīb⁹ suis inferioribus secundū vnā rōez. ergo est vnū genus vnitas enīz generis ē ex vnitate rōnis predicādi. ¶Si querat que sit illa rō vna dico q̄ vel ē ignota nobis vel sic ōscribi pōt (vt auctor describit). ſ. ordo scōm quē aliq̄ ordinant in loco q: positio ē formaliter ordo ptiū in loco. ¶Ad primū in oppositū dico q̄ maior est falsa sic accepta vniuersaliter. nā sola relatio ⁊ respect⁹ intrinsec⁹ aduenies ē de genere relatiōis: positio aūt nō est respect⁹ intrinsec⁹ aduenies. ¶Ad fm̄ pz ex precedētib⁹ q̄ positio p̄dicamētū nō est dra. vñ equinocat i argumēto de positiōe. ¶Ad tertiū tāgit difficultatē an ens diuidat sufficiēter p decē genera. q̄ nō plana est Risio q̄ i oīb⁹ respectib⁹ oppositis sicut vn⁹ ꝓstituit p̄dicamētū ita alius. q̄ si sic vel oz fieri multas reductiones vt. ſ. respect⁹ oppositi reducat ad gen⁹ oppositi verbi gra vbi actiuū ad vbi passiuū: silr de q̄ñ pone: habitu ⁊c. Sz ārre actio ⁊ passio nō reducūt ad vnuz genus ⁊ alij respectus sic: rīsionē quere si potes ⁊c.

Habitus est corporum ⁊ eorū que circa corpus sunt adiacētia. ca. viij. de habitu.

a **Euidentiam** Totⁱ capituli de habitu. ¶Queritur vtrū habitus sit generalissimum aut p̄dicamentum. Videt q̄ nō: nā omne p̄dicamētū est ens naturale. ens enīz reale naturale diuidit in decē p̄dicamēta. quinto metaphi. sed

habitus nō est ens naturale sed ab actu nostro. Ex hoc enīz ꝙ vestis aut qōcunqz ornamētū addit corpi qō fit ꝙ actū nostrū dr aligs habituatus. ¶Preterea duplex ē habitus aīe. s. ⁊ corporis. sz habit⁹ aīe nō ē predicamē tū sz pertinet ad primā speciē ūlitatis. ergo nec habitus corporis. ¶Ad oppositū ē auctor hic ⁊ Aristo. in ꝑdica mētis. ¶Rñdeo. hic sunt due ꝟclusiones. ¶Prima cō clusio ē ista. habit⁹ est generalissimuz. ꝓbo. oē gen⁹ qō nō hz supraueniēs genus ē generalissimū secundū diffi nitionē datā a porphirio capitulo. de genere. sz habitus est hmoi ergo ⁊c. nō enī hz supra se nisi ens quod non ē genus ⁊c. ¶Secūda conclusio ē ista. habitus est vnuz gen⁹. ꝓbo illō ē vnū gen⁹ qō scdz vnā rōem de oīb⁹ su is inferioꝛib⁹ ꝑdicat. q: vnitas generis ē ab vnitate rō nis sz habit⁹ est hmoi ergo ⁊c. ¶Sz que ē ista vna rō Rñdeo difficile ē hoc ⁊ plura alia de istis itelligere ppt eoꝝ modicaz cntatē. illa ergo vna rō generis notet hfe. q: formaliter habit⁹ qui ē ꝑdicamētū ē quidā res pectus habituatiōis quo corp⁹ ⁊ ptes corporis, habēt ea que adiacēt. ¶Ad primū in oppositū dico ꝙ res cu iuslibet predicamēti ē ens realꝛ ad sui cē tñ pñt aliq̄ pre dicamēta ꝑrigere actuz nr̄m: verbi gratia. actio ⁊ pas sio sunt respect⁹ rectes: tñ ad sui cē ꝑrigunt applicati onē actiui ⁊ passiui: q̄ applicatio potest fieri ab actu nr̄o ¶Similiter vbi pōt cē terminus mot⁹ cātus a nobis. ¶Itē sessio ⁊ oīs positio que est a ꝟsueto motu nature est hmoi applicatio ergo extremoꝛuz potest cē ab actu nostro: ipse tñ respect⁹ ꝟñ ē a natura rei. idē dico de ha bitu in ꝓposito. Ad secundū dico ꝙ equiuocat de ha bitu q: habitus aīe nō est predicamentū sed forma ab soluta de prima specie ūlitatis. habit⁹ aūt corporis qui ē ꝑdicamētū ē respectus extrinsecus aduenies ⁊c.

Suscipit aūt hīus magis ⁊ minus. Ar matioꝛ eni est eques pedite: dicitur ⁊ caltiati oꝛ: qui calciamentis ⁊ calligis vtitur: q̄z qui solis calciamētis uel calligis vtitur. ⁊c. c. e.

q Queritur Utrū habituī in essentia forme accidētalis sit da re gradus intrinsecos cēntiales scōm quos possit sustipere magis ⁊ mīn⁹. ¶Ut ꝙ nō q: forma ē simplex ⁊ in variabili cēntia consistēs sz illō qō hz grad⁹ ñ ē hmoi ergo ⁊c. ¶Preterea viij. meta. forme sr sic nūeri ⁊ sic nūer⁹ stat ī diuisibili ita ꝙ nl pōt addi vel diminui qn mucet spēz sic ē de forma. ergo for ma nō hz gradus ergo ⁊c. ¶Preterea si sic ergo vna al bedo ē magis albedo q̄z alia. ꝟñs est falsū ergo ⁊ añs ꝓbatio. ꝟñe q: tūc albedo itēsa hēbit aliquē gradū quē nō habebit remissa ergo magis albedo vt vr̄. Cōtra i possibile ē aliquā formā cōicare se alicui sz magis ⁊ mi nus nisi in sua cēntia habeat gradus. alioquīn sz cūctē graduz participaretur in quocunqz sbo. sed forma ac cidētalis cōicat se ergo in sua cēntia hz gradus ergo ⁊c ¶Rñdeo ꝙ de hac qōe iaz aliquid dixi in predicamē tis ca. de qualitate. ⁊ multo prolixi⁹ determinaui ī q̄dā qōe ordinaria. ió breuiter ꝑ trāsibo aliquo mō replicā do q̄ iaz dixi: vbi primo cōtra aliquas opiões q̄sdaz cō clusiones declarabo. secūdo ad qōez aliter rñdebo. Quā tū ad primū ex probatiōe ꝑdictoꝛū suppono quattuoꝛ ꝟclusiones tres cōtra tres oppões ꝑ autoꝛē reprobatas q: nec augmētū nec decrementū sbi vel accidentis vel vtriusqz ē cā/suscipiendi magis ⁊ mīn⁹. quartā vero cō tra opinionem autoꝛis scilicet qō accessus vel recessus aut ipositio vocis ē cā: hec ūttuoꝛ ꝟclusiones patēt ex pre dictis. Quinta ꝟclusio ē ista. forma accidētalis nō suscī pit magis ⁊ mīn⁹ scōm dispositiōez in sbo aut scōm es se sbo remanēte ei⁹ cēntia īmutata. hāc ꝓbo sic. illō scīz dispō aut cē in subiecto: aut ē idē cū cēntia vel nō. si idē habeē ꝓpositū: q: cū ista dispositio sit maioꝛ vel mīoꝛ ergo cēntia forme cui ponit cē idē si nō ē idez. Quero de illo alio vtrū scōm suā cēntiā suscipiat magis ⁊ mi nus vel nō si sic habeē ꝓpositū: si nō ergo est ꝓcessus in infinitū. ¶Preterea habito termino scōm rōem q̄ terminus cessat mot⁹ q: habitib⁹ presentib⁹ in materia cessat mot⁹ ⁊ generatio. ex primo de generatiōe. sz per te in principio calefactiōis habeē calor scōm rōnē qua ē termin⁹ calefactionis ergo in principio cessat mot⁹ iste qō est manifeste falsuz. ꝓbo oē. qō mouet hz aliqd de termino a quo ⁊ aliquid de termino ad quē ex. vj. phi sicoꝝ. ergo in principio calefactionis in ipso calefactibili est aliquid de cēntia calorꝛis. si ergo cēntia calorꝛis non su scipit magis ⁊ minus sequit qō in principio ē calor ꝑfe ctus scōm quē modū est terminus mot⁹. ¶Sexta cō clusio ē ista radicatio forme in mā nō est rō suscipiendi magis ⁊ mīn⁹. hanc ostendo sic. ista radicatio vel ē ali quid distinctū ab ipsa forma radicata vel non. si nō ha betur ꝓpositū. q: cū ista radicatio sit maioꝛ ⁊ mīoꝛ. er go ipsa forma. si ē aliqd distinctū vel est forma absoluta vel relatiua. si absoluta similiter habetur ꝓpositū. si re latiua similiter habeē ꝓpositū: q: forma aliq̄ scōm suaz cēntiā recipit magis ⁊ mīn⁹. ¶Preterea si sic ergo vbi forma ē magis radicata ibi subiectū ē magis tale. cōse quēs ē falsuz. naz scōm medicos febris ethica ē magis radicata quā tertiana: tñ tertiana ē intensioꝛ. ⁊ ideo ter tianari⁹ ē magis febricitans. similiter verecūdus ē qñqz rubicundoꝛ ⁊ tñ ruboꝛ est minus in eo radicatus quā ī alio minus rubeo: vt est sanguineus naturalit. ¶Quā tū ad secunduz dico ad questionē ⁊ ptē affirmatiuā sci licet qō forma accidētalis de q̄ queriē hz tales gradus. ¶Dico etiā quod ratio precisa suscipiendi magis ⁊ mi nus est latitudo graduuz in forma siue ꝙ idē ē illimita tio forme que ꝑticipat. ꝓbatio hui⁹. ipossibile ē formā ꝑticipari secundū magis ⁊ minus nisi in se sit aliqualit illimitata. qñ oppositum predicati infert oppositum subiecti. da enim qō nō sit illimitata quomō ꝑticipabit secundū aliū ⁊ aliuz gradum. ¶Si ergo queritur q sunt isti gradus forme assigno talē rōem. grad⁹ forma rū de quib⁹ loquimur nūc: ē portio pfectionalis forme specifice extra ei⁹ cōceptū quidditatiuū formā specificā infra suū cōceptū cēntialiter includēs. inclusa realiter in tra cōceptū indiuiduī vagi vage ⁊ signati signate. por tio q: nō tota forma secundū oēs gradus extra cōceptū quidditatiuuz: q: species abstrahit ab oī tali gradu: ⁊ tñ ō oīb⁹ ꝑdicat sicut supius de inferioꝛi inclusi realiter q: omne indiuiduū talis forme icludit aliquē gradū illi us forme eo mō quo accipit indiuiduū vagū vl determi natū. ¶Ad primū in oppositū dictū ē i principio hu ius libri q: dr cē forma simplex per oppositū ad cōpo sitū ex materia ⁊ forma. tñ habere dictos grad⁹ siue sim plicitati non repugnat. ¶Ad aliud dico qō loquit de forma secūdū suū cē specificum qui abstrahit ab omni gradu ⁊ de qdditate forme scōm quod exprimit ꝑ dif finitionem ⁊c. ¶Ad secundū nego consequētiam. ad ꝓ mam probatōnē dico quod bene sequitur quod erit al bedo maioꝛ non magis: quia magis dicitur de partici pātib⁹ ipsum: nō aūt de ipsa forma que ꝑticipat. amē.

Finis questionū libri sex principioꝝ Antonij An dree doctoꝛis subtilis discipuli foeliciter adest.

Expositiones questionum doctoris subtilis Joānis scoti supervniuersalib⁹ Porphirij edite a Magistro Joanne Anglico ordinis minoruz.

Reverrime in xpō patres rogatus a fratrib⁹ meis ac scholaribus. ¶Ut aliqua p modū comenti ederez sup̄a logicaz doctoris subtilis scilicet magistri Joānis scotivl' duns. Que logica licet i quātitate sit nō multū prolixa tamen in virtute admirabilis subtilitateq; extat grandissima: petitionibus ipsorum rōne charitatis acquiescens cōsiderādū cōplementū laboris posse diuini verbi predicatoribus fructum afferre: ⁊ q; vberius est aiabus fidelium lumen veritatis: ideo conabor scōz pauperculā micā scientiaz dicta prefati doctoris in logicalibus exponere difficiliora succintius tamen eo q̄ alias i iuuentute mea sup̄a eandem logicam expositionē edidi prolixā licet non totaliter vsqz in finem deductā. ¶Nihil tamen expositione dignum in presenti opere preterire intendo: quia forsan ad manus ipsorum predicta expositio non poterit peruenire.

Circa prima questione est notādū q̄ illa mota ē a doctore pp multos. puta Egidiū de Roma ⁊ Alexandrū de Alexandria: ⁊ huiusmodi negantes logicaz esse scientiam propter aliquas rationes apparētes quas hic adducere omitto: quia tantuz circa expositionē instare propono. ¶Dimissis ergo argumentis. p̄o ⁊ contra huius p̄ō questionis propter ipsor facilitatem. Quedā tamen eorū exponentur inferius. ¶Decendo ad solutionē questionis in qua aliqualiter in morabor propter vtilitatem maximā quā cōfert si bene intelligatur vbi tenet doctor. q̄ logica est scientia mot⁹ hac ratione. s.q: illa doctrina merito est censenda scientia in qua habentur omnia requisita ad scientiam talis est logice ergo ⁊c. maior est euidens per philo. primo poster. ¶Et mino: declarat. nam ad scientiā habendā vl' ad rationem scientie non requiruntur nisi subiectū. Diffinitio subiecti ⁊ passio eius demonstrāda de eo per diffinitionē vt p̄z per philosophum vbi sup̄a. Sed hec tria habentur in logica. ¶Nam vt in tertia questione patebit. Sillogism⁹ est subiectū logice ⁊ eius diffinitio ponitur in principio primi priorum. Et eius passiones determinātur a philosopho ibidem vt infra. q.3. patebit. ad minus sunt tres: vna est q̄ fiat ex tribus terminis. Alia q̄ ordinetur in modo ⁊ in figura. tertia est q̄ habeat necessitatem illationis. s. q̄ cōclusio sequatur necessario ex premissis: vl' inferat ab eis. ¶Pono ergo ista demonstrationē in forma sic. Omnis oratio in qua quibusdā positis ⁊ concessis: per ea que posita sunt ⁊ concessa necesse est aliud euenire: hēt tres terminos vel ordinatur in modo ⁊ in figura ⁊c. sed sillogismus est oratio in qua quibusdam positis ⁊ concessis ⁊c. ergo sillogismus hēt tres terminos ⁊c. Infert tunc conseq̄nter. Scot⁹ q̄ logica dupliciter p̄sideratur vno modo in quātū est docens. Alio modo inquantū est vtens. Ubi nota q̄ similis distinctio potest dari de partibus subiectiuis logice. s. de scientia dyaletica: ⁊ de scientia demōstratiua: sicut datur de logica in communi que est gen⁹ ad vtraq; vt nunc teneo. ¶Et igitur primitus considerandum q̄ cū logica sit ars ⁊ facultas rectificatiua ⁊ regulatiua oīum aliarum artiū ⁊ scientiaz eo q̄ fm̄ commentatorē. 4. metha. Ignorantia logice est in singulis scientijs occasio errorum ⁊ deceptionum. ¶Ipsa enim oēs circuit: ⁊ singulis instrumenta ab ipsa fabricata administrat: ⁊ ideo dicit scientia communis: quapropter ipsa hēt multiplex genus instrumentorum: quoruz quedam sunt remota: ⁊ quedā propinqua. Remota sunt. ¶Diffinitio. Diuisio. ⁊ cōuersio. Equipollentia ⁊ huius. ¶Propinqua vero sunt sillogismus dialeticus: ⁊ demonstratiuus: que vel qui sunt fines aliorū p̄cedentiū instrumentorū ⁊ horū duo. Sillogismus demonstratiuus est multū nobilissimum instrumentum vt patet primo posteriorz. Et merito vocantur instrumenta pp̄ similitudinē q̄z hēt ad instrumenta in mechanicis. ¶Nā sicut artifex mechanic⁹ puta gratia exempli carpentarius vtitur suo instrumento. s. securi vel ascia incisione lignorum ad introducendam formā domus principaliter ab eo intentam. Quod quidem instrumentuz scilicet securis fabricat sibi faber ferrarius: sic alie singule scientie vtuntur sillogismo demonstratiuo ⁊ sillogismo dialectico tanquam duobus instrumenti aptissimis ad inquisitionem veritatis. ⁊ hec duo instrumenta fabricat sibi logica que est artifex veritatis in' officina sedule inquisitionis ⁊ perspicacis consideratiōnis. ¶Nā cōstat q̄ nō nisi sillogizando ⁊ demonstrando deuenit in cognitionem veritatis. Et hoc dixi sumendo logicā in generali. ¶Nam speciales artes contente sub logica tanquā eius partes subiectiue specialia fabricant instrumenta. puta dialetica sillogismū dyaleticū: qui etiā topicus vel probabilis dicitur. ⁊ dicitur sillogismus topicus a topos grece quod est locus latine: ita q̄ tantuz sit dicere sillogismus topicus sicut sillogismus localis fundatus in locis dyaleticis. s. in probabilibus fundamentis ⁊ maxime siue regulis: per quas maximas ipsi sillogismi topici firmant ⁊ solidantur: ac etiam alie consequentie imperfecte que nō sunt formaliter sillogismi sed potētialiter tātū ⁊ reductiue. ¶Dicit autem sillogism⁹ dialatic⁹ a dia grece: q̄ est duo latine: ⁊ logos grece q̄ est sermo latine. vnde dyaletica idest sermo inter duos. s. inter opponentem ⁊ respondētem qui duo sepe ad inuicem cōferunt vt per instrumenta dyaletica notitiam veritatis ⁊ scientie perfectionem acquirant.

¶Ars autē demonstratiua docet fabricare sillogismū demonstratiuū per quē solidissima veritas reperitur: ⁊ omnis probabilis trepidatio affugatur. Resumo ergo q̄ non solū logica sed etiā dyaletica ⁊ demonstratiua potest sumi dupliciter: videlicet vt docens: ⁊ vt vtēs Et. primo loquendo de dyaletica:: dico qō potest comparari ad sillogismū dyaleticū qui est eius subiectum quem docet nos componere ⁊ fabricare: ⁊ hoc dico in eius partibus subiectiuis: ⁊ nō sillogismū dyaleticum in cōi: quia nulla scientia componit vel facit suum p̄opriū ⁊ de equatum subiectum: sed ipsum presuppone ⁊ hoc dnplici p̄cognitione p̄cognituz scilicet qd est ⁊ quia est vt patet primo posteriorum ⁊ ideo sillogismū dyaleticum in communi presupponit quidditatiue: sed sillogismos dyaleticos particulares docet nos componere ⁊c. Unde hoc modo dico q̄ dyaletica est ars ⁊ scientia perfecta ⁊ sic vocatur docēs: q; docet nos notitiam sillogismi dyaletici ⁊ de eo habere scientiaz ⁊ hoc demonstrando de eo suas passiones que sunt habere terminos ⁊ istas premissas pbabiles cōcludētes cōclusionē probabilem ⁊ topicam. secundo dico q̄ dyalectica potest comparari ad alias scientias in quibus vtimur instrumentis eius ⁊ hoc est in omni scientia: ⁊ sic dicitur dyaletica vtens: ⁊ potest sumi passiuum pro actiuo idest dyaletica est vsa in alijs scientijs: si sic loqui licerz: vel vsus eius ē in alijs scientijs aut circa alias scientias vel alie scientie vtuntur ipsa tanquam eis necessaria

ꝛ hoc rõne instrumentoꝝ eius de quibus superius feci mentionẽ ꝛ quia in alijs scientijs vel de alijs scientijs nõ facit nos habere per sua instrumẽta scientiã certã: sz opinionem vel fidem aut ꝓbabilitatem solũ: vt sic non est scientia nec etiam per modũ docendi se habet in eis sed tantũ vt ministrans eis instrumenta quibus acquirant ꝓbabilitatẽ aut fidem. ¶ Istud affirmat Scotꝰ primo elenchoꝝ suoꝝ.q.2. sic dicens in intermis tã de dyaletica quam de sophistica ꝙ scilicet vno modo sumpte habent rationem scientie: alio modo nõ. ¶ Si enim dyaletica cõsideretur vt tractat de quibusdaz secundis intentionibus quas ratio humana adinuenit in ipsis rebus ꝓme intentionis cuiusmodi sunt genꝰ: species: diffinitio: oratio: syllogismus: argumentũ: ꝛ huiusmodi: instituens in illis quendã modum quo ꝓcedere possumus ꝓbabiliter a ꝓmissis ad cõclusiões sic est scientia. ¶ Si autẽ isto modo adinuento vtat in alijs scientijs: sic a rõe scientie recedit. ¶ Nam sic solum procedit ex ꝓbabilibus. vnde dyaletica tradit per demõstrationem: vsus tamen eius cõsistit in ꝓbabilibꝰ ꝛ circa ꝓbabilia: vnde ibidem .q. ꝓma ostendit Scotus quõ hoc intelligatur dicens sic ad cõfirmationem precedentium: sed logica quantum ad doctrinam sic ex cõmunibus diuersus est tamen vsus doctrine que traditur in dyaletica ꝛ que traditur in demonstratiua. ¶ Nã dyaletica est ex cõmunibus ꝛ in singulis scientijs arguit ex cõmunibus ad ꝓprias cõclusiones. ¶ Exemplũ dyaletica ostendit ꝙ amor ꝛ odium sunt in eodem susceptibili nõ sumens ꝑ medio ꝓprietates vel ꝓprietatem amoris vel odij: sed hoc medium logicum ꝛ cõmune. s. quod contraria sunt nata fieri circa idem: vnde ex cõmunibus nõ arguit ad communia: sed ex communibus arguit ad ꝓprias cõclusiones. ¶ Illa autem pars logice que est demonstratiua: ꝛ si doctrina eius tradatur esse ex cõmunibus vt puta de syllogismo: tñ in speciali arguit per ꝓprium medium ad ꝓpriam cõclusionem. Exemplum de geometra qui vtitur arte demõstratiua sepissime qui vt patz accipit primas ꝛ veras ac ꝓprias causas conclusionis ꝛ sic per ꝓprium medium arguit ad ꝓpriam cõclusionẽ puta demonstrando habere tres angulos ꝛ sic de triangulo per diffinitionem trianguli ꝛ sic de alijs vt patet per omnes libros Euclidis. Similiter ẽt Arithmeticꝰ arguit ad ꝓpriam conclusionem per ꝓprium medium ꝛ etiam philosophus naturalis. Sed arguens dialetice aliaz ꝛ aliã cõclusionẽ in alia ꝛ alia scientia põt ostendere per idez mediũ. vñ in phylosophia nãli ꝛ medicina ac scientia morali põt oñdi diuersa ac diuersa ꝓclusio: quod exposuimus ꝛ doctor etiam tangit in textu vbi dicit ꝙ logica procedens ex cõmunibus nõ est scientia sicut patz in naturalibus vbi Aristo. ponit rationes logicas que ꝓcedũt ex medio cõi ꝛc. ¶ Ponit etiã doctor infra ꝙ argumenta aliqua fiunt per media cõmunia ꝛ logicalia vt patet argumento .z. ꝛc. Et dixi superius ꝙ in secunda questione libi elencoꝝ dicit ꝙ etiam sophistica vno modo habet rationem scientie alio modo nõ vt inquid ¶ Nam si consideretur vt tractat de principijs instituens in illis quendam modum quo possumus procedere sophistice ꝛ apparenter in omni scientia sic est scientia. nam sic traditur per determinata media ꝛ principia. ¶ Ita enim bene ostenditur apparentia de syllogismo sophistico tanquam eius passio per vnitatem vocis in fallacia equiuocationis tanquam per ꝓprium medium sicut risibile de homine per animal rationale. Si autem logicus aut sophista vtatur isto modo vel arte ad cõcludendũ in aliqua scientia aliquod falsum per syllogismũ sophisticũ sic a ratiõe scientie recedit. hec Scotus ibi Ecce nunc satis vidimus qualiter dyaletica est dupler .s. docẽs ꝛ vtẽs: ꝛ ita suo mõ dicatur de demõstratiua ꝙ .s. ẽ dupler .s. docens ꝛ vtens. ¶ Nam docet nos componere demonstrationes quibus vtimur in omni scientia tanquam instrumentis ad inquisitionem veritatis necessarie: ꝛ ideo suo modo cõcorditer intelligas sicut de dyaletica est dictũ. ¶ Et tũc vltio ad textũ Scoti explanandum vbi incepimus. Dico ꝙ pariformiter loquendum est de logica sic in communi sicut de duabus partibus subiectiuis eius dictum est scilicet de dyaletica ꝛ de demõstratiua: videlz ꝙ logica in cõmuni sumpta est dupler .s. docens ꝛ vtens. ¶ Nam inquantum ipsa nos docet facere syllogismũ in cõmuni siue cõmunem omni bono syllogismo tanquam vnum instrumẽtũ generale quo vtimur in omni scientia: sic est scientia que ars docetur in primo ꝛ secundo posteriorꝝ siue priorum. Sed inquantum vtimur ea ꝛ eius instrumentis in alijs scientijs: sic dicitur vtens ꝛ est modus sciendi ꝛ non scientia. vnde etiã frater Gratiadeus de ordine predicatorum. primo suorum priorum ꝓcordat mecum in hoc dicens ꝙ logica vt est docens est scientia de modo sciendi: quia scilicet docet modum sciendi Sed ꝓout ipsa induit modum sciendi ꝛ ipsius vsus fit circa alias scientias: sic nõ est scientia sed modus sciendi ꝛ vsus omnium aliarum scientiarum. ¶ Unde adhuc ꝓ maiori claritate consideratur ꝙ docens aliquẽ modũ sciendi vtit̃ vel vti potest illo modo quez docet in quacũqz materia cõueniente. exemplũ ad artem metrificandi pertinet cõponere versus: ꝛ metra de omni materia sibi data: sicut etiã ad artes mechanicas factiuas ꝛ practicas pertinet introducere formas suarũ artiũ in quãcũqz materiã cõuenientẽ. ¶ Nã spere ꝓpositi inducit indifferenter formã spere in aurũ aut in argentũ vel cupꝛũ ꝛc. ita ad ꝓpositũ pũnet ad artẽ logice cõponere syllogismos ꝛ ꝓbas: ꝛ argumenta: ꝛ ea applicare omni scientie vel inducere in quãcũqz materiã cuiuscunqz scientie secundũ cõrespondentiã ꝛ ꝓbam talis scientie: ꝛ sic sit dictũ de hac determinatione que est de logica docente ꝛ vtente. ¶ Quod tamen aliquibus posset admirabile videri quomodo eadem scientia posset dici esse ex ꝓprijs: ꝛ esse ex cõmunibus sedm ꝙ ponit scotus in littera. Ideo adhuc predictis addo istd notabile scilicet ꝙ ista duo stant simul. videlicet ꝙ aliq scientia sit ex ꝓprijs ꝛ etiã ex cõibus. sed hoc erit sub alia ꝛ alia ratione. ¶ Nam illa que tractant in logica sũt ꝓpria ipsi logice per determinationẽ ꝛ appꝛopriationẽ inquantũ scilicet continentur in ipsa: ꝛ sunt aut partes eius: aut reducuntur aliquo modo ad partes eius. aut sunt principia vel pertinentia ad principia eius vel aliquo tali modo. ꝛ ideo sunt eius per determinationem eo ꝙ logica determinat per se de ipsis: sunt etiã cõia oibus alijs scientijs ꝑ applicationẽ q: entia q̃ ꝓsiderãtur in logica siue fuerint incõplexa siue ꝓplexa. Incõplexa vt genus. species. vniuersale. Indiuiduũ. transcendẽs ꝛ huiusmodi. Cõplexa vt diffinitio. diuisio argumentũ oratio. demõstratio. syllogismus. ꝛ huiusmodi: possũt applicari rebus omniũ scientiarũ. In qualibet eni scia reperitur superius: ꝛ inferius: subiectũ: ꝛ predicatus: terminus ꝛ oratio. Diffinitio ꝛ diffinitũ ꝛ huiusmodi. vnde vt dixi sunt ꝓpria ipsi logice. ꝛ sic logica est docens: ꝛ sunt cõmunia omnibus alijs scientijs: ꝛ logica est vtens ideſt vsus instrumentoꝝ eius est necessarius omnibus scientijs. ¶ Ꝓ responsione ad primum argumentum principale. ¶ Nota primo ꝙ ad illd̃ respondet quidam doctor dicens ad maiorem ꝙ modus sciendi non est scientia specialis sed cõmunis. ¶ Nũc ergo cum sit concessũ superius ꝙ logica sit scientia: cõis

Ideo illa potest bene esse scientia ⁊ modus sciendi ⁊ sic quod modus sciendi sit scientia : sub hoc modo intelligendi nullum est inconueniens scõm ipsum. ¶ Cõtra hanc responsionem optime arguit doctor: eo q̃ responsio illa cõcedit vnam falsissimam predicationem scilicet q̃ modus sciendi sit scientia : quia si modus sciendi est scientia cõmunis : sequitur q̃ modus sciendi est scientia eo q̃ ibi arguitur ab inferiori ad suum superius a parte predicati sine aliquo impedimẽto: ⁊ maxime in hoc q: illa predicatio est falsa eo q̃ vult illam esse formalem ⁊ non materialem solum quemadmodum vult Scotus Nunc autem sumendo modũ sciendi formaliter scilicẽ pro ipso modo sciendi ⁊ non materialiter vel fundamẽtaliter pro illo quod dicitur ⁊ denominatur mod⁹ sciendi ille modus est logica ⁊ arguit scotus q̃ predicatio illa sit falsa: qua dicitur modus sciendi est scientia ⁊ considera in illo argumento vnum magnum fundamentum quo sepe vtitur doctor in omnibus' operibus suis scilicet q̃ quandocunq; aliquid predicatur de aliquo in abstracto: siue quando aliquod abstractum predicatur de aliquo subiecto : illa predicatio nunquam est vera nisi fuerit in primo mõ dicendi per se ⁊ ita cẽt essentialiter vera ita q̃ in intellectu subiecti includatur predicatum idest inesse ⁊ ratione formali subiecti cõtineatur predicatum tanquam pars essentialis eius vel tota essentia ei⁹ quod dico propter diffinitionem. Et nota quod istud fundamẽtũ Scoti debz intelligi de abstractis media abstractione ⁊ non de vltimate abstractis quia vltimate abstracta nunquam predicantur de aliquo in creaturis vel in rebus predicamentalibus. cuius ratio alias dicetur q: transcendit propositum istud cũ pertineat ad metaphisicam ⁊ a principiantibus non perciperetur satis bene : ⁊ ideo oportet eos prius vel in primis capere ista dicta grosso modo ⁊ inconfuso ⁊ non distincto ac resoluto. Inferius autem vltra procedendo clarius videbuntur. In capitulo autem de genere .q.xiij. tractabitur amplius de abstractis ⁊ concretis quia ibi locum habent. Nunc autem ad propositum cum scientia sit medio modo abstractũ sicut ⁊ animal cum dicitur homo est animal: ⁊ color cum dicitur albedo est color. Et etiam modus sciendi est abstractum : si predicatio esset vera esset in primo modo : sed hoc est falsum vt probat doctor in sequenti argumento quia cum omnis mod⁹ sit posterior illo cuius modus est: sicut modus videndi est posterior visu : ⁊ modus sciendi sit posterior illa scientia cuius est modus: saltem posteritate perfectionis licet non semper posteritate originis: cum aliquãdo mod⁹ sciendi precedat scientiam in aliquo sensu sumendo modum sciendi vt statim dicetur. Et tunc vltra cum sit impossibile q̃ posterius posteritate perfectionis includat in primo modo suum prius sequitur q̃ predicta propositio est falsa. ⁊ ideo merito neganda.

¶ Ideo Scotus melius respondet negando minorẽ primi argumenti intelligendo eam in predicatione formali : quia bene in predicatione materiali scilicet sumendo modum sciendi non formaliter pro ipso modo sciẽdi: sed pro materia vel fundamento cui applicatur ⁊ de quo predicatur scilicet pro logica in se que sub diuersis rõnibus dicitur tam scientia quam modus sciendi vt supra dictum est Sic dico q̃ modus sciendi est scientia ⁊ ideo nõ obstante illa expositione cõmentatoris secundo methaphisice q̃ scilicet per modum sciendi intelligit Aristo. logicam : nõ obstat quin ipsa etiam sit scientia licet sub alia ratione vt dictum est. ¶ Ponitur alia respõsio in littera vel potius in margine multorum librorum ⁊ multi libri non habent eam que incipit vel potest dici q̃ maior est falsa : quia de modo sciendi est vera scientia. vnde intellectus intelligit suum obiectũ ⁊c. ¶ Hec responsio non est doctoris vt aliqui credunt ⁊ merito: quia est increpanda ⁊ nõ bene ad propositum quia nõ valet ista consequentia. De modo sciendi est scientia: ergo modus sciendi est scientia sicut nec in aliis tenet.

Nam licet de lapide sit scientia nõ tamen lapis est scientia. Et ideo licet intellectus habeat scientiam de actu directo intelligendi : ⁊ primo quo intellexit aliud obiectuz puta lapidem ⁊ huiusmodi ⁊ hoc per alium actum intelligendi secundarium vel scõm ⁊ reflexum mediante quo intellegit illum actum primum ⁊ ita tunc ille actus primus qui per prius fuit vnum quo ⁊ medium ac modus quidam intelligendi seu medium quando intellectus intellexit obiectum primum scilicet lapidẽ vel huiusmodi postea idem actus intelligendi numero fit obiectum ⁊ vnum quod scilicet illud intelligitur : ⁊ sic per cõsequens de isto actu postea habetur scientia: q: intellectus potest demonstrare passionem illius actus de illo per suam diffinitionem ⁊c. ¶ Tamen dico q̃ propter hoc nõ sequitur q̃ modus sciendi sit scientia: quia ille actus qui per prius fuit quasi modus sciendi vt dictur in alia rõne nunquã fit scientia sed tantum de isto habetur scientia ⁊ maxime cuz li scientia sit abstractuz tam scõm veritatem quã fm doctorem in eadem questione. Et ideo si predicatio esset vera esset quidditatiua ⁊ essentialis fm principium doctoris supra posituz: quod principium inferius declarabo. Cõstat autem q̃ scientia nõ est de ratione formali actus intelligendi ymagis quaz lapidis. Istud nõ oportet probare immo sciẽtia potius ẽ effectus act⁹ intelligendi ⁊ eo posterior. Et doctor reprobauit oppositum maioris primi argumenti: arguendo contra responsionem cuiusdam superius concedentis modum sciendi esse scientiaz cõmunem nõ tamen specialem : ⁊ ideo nõ videtur modo concedere illud. s. q̃ modus sciendi est scientia: ⁊ ideo dimittatur hec responsio tanquã nec doctoris nec in se vera: tamen vt apparet est iam per me satis declarata. ¶ Reuertẽdo ergo ad litteram doctoris propriam ipsemet respondet immediate ad probationem minoris ipsi⁹ primi argumenti: ⁊ dat duas responsiones ad illam que est ista absurdum est simul querere scientiam ⁊ modum sciẽdi. Et commentator exponit modum sciendi idest logicam ita q̃ fm. Cõmentatorẽ logica non est scientia sed modus sciendi: quia modus sciendi non est scientia vt iam satis dictum est ¶ Scotus autem volens defendere logicam esse scientiam : exponit illud dictum. Cõmẽtatoris dupliciter vt patet. Sed tamen antequam veniamus ad expositiones ⁊ responsiones Scoti videamus cur philosophus protulit illud dictum in secundo metha. prope finem: ibi enim ponit quinq; modos hominum inquirentium veritatem: siue quinq; diuersos modos : quos homines obseruant in acquisitione veritatis: quos hic recitare non oportet: ⁊ tandem philosoph⁹ dat vnum modum ⁊ regulam magis cõuenientem quem vel quam magis expedit vnicuiq; obseruare in acquisitiõe veritatis ⁊ vult q̃ oportet habere pr⁹ modum sciendi quam scientiam : quia non deuenitur in scientiam nisi per modũ sciendi. Et fm. Cõmentatorẽ intelligit per modum sciendi logicam: ⁊ hec est causa: quia cum dictum est superius logica accipitur dupliciter scilicet vt docens ⁊ vtens. Docens autem inquantũ dat ⁊ docet modum diffiniendi : diuidendi : arguendi ⁊ huiusmodi : vtens autem inquantuz huiusmodi adinuentis scilicet arguendi ⁊ diffiniendi ⁊c. Vtuntur alie scientie ad inueniendum ⁊ ad cõcludendum veritatem

aliquam per principia infalligibilia ⁊ necessaria ⁊ artificialiter: ⁊ ideo cõsideras cõmentatoꝛ q̃ omnes scientie vtuntur logica pꝛo eo q̃ vt dixi tradit eis modũ diffiniendi diuidendi arguendi ⁊c. per quem modũ pꝛocedũt ad inquisionem veritatis: ⁊ sine quo non posset inuenire ipsum: exposuit per modum logicã ⁊ stat sentẽtia in hoc q̃ cũ sit necessariũ habere pꝛius modũ sciendi idest logicã sine qua alie scientie non possunt artificialiter haberi q̃ habere alias scientias: ⁊ non sit possibile simul ⁊ semel habere viam ⁊ terminũ ad quem siue mediũ ⁊ finem: quia pꝛius oportet habere mediũ ad finem quã ipsum finem. Et ꝯm phi. ⁊ cõmentatoꝛem logica est medium ⁊ via ad omnem scientiam sine qua nulla scientia potest bene haberi ideo vult philosophus q̃ absurdum sit simul querere modum sciendi ⁊ scientiam idest logicam ⁊ alias scientias. Ex auctoꝛitate sic expoſita videtur sequi q̃ cũ logica dicatur modus sciendi ⁊ ita distinguatur cõtra omnes scientias: q̃ modus sciendi non est scientia per cõsequens logica nullo modo sit scientia sed vt dixi Scotus dat duas responsiones ad expositionem illam cõmentatoꝛis vt possit defendere opinionem suam cõtra Egidium ⁊ alios q̃ logica sit scientia. ¶ Pꝛima responsio dicit q̃ ista expositio scilicet cõmentatoꝛis potest intelligi materialiter .i. quia vt iam satis diximus logica docet modum vel modos sciendi vel argumentum ⁊ species eius ac omnia genera syllogismoꝛum per que solum modo habetur scientia. Jõ logica pꝛopter huiusmodi ptes integrales eiꝰ ac pꝛincipales dicitur modus sciendi quod enim dicit de parte per se dicitur de toto per accidẽs ⁊ a posteriori. ¶ Deinde dat secundam responsionem que est multum difficilis ad intelligendum tamen vt intelligat est pꝛimo notandum q̃ per copulationem intelligit doctoꝛ copulam verbalem que est inter subiectum ⁊ pꝛedicatum: sed intelligit per copulationem hanc cõiunctionez copulatiuaz et. Secundo est notandum q̃ maioꝛ vis huius responsionis stat in hoc. s. q̃ de natura ⁊ ratione omnis talis copulationis est q̃ semper vult poni inter aliquo modo diuersa vel distincta: ⁊ ideo hac de causa nõ ponitur nota copulationis inter partes diffinitionis vt aliqui volunt: vt dicendo homo est animal ⁊ rationale: quia simul ⁊ semel ac coniunctim cõstituunt hominem ⁊ nõ per copulationez. Ilam philosophus. 6. topicoꝛũ increpat diffinitiones datas per copulationez Tertio est notandũ q̃ cũ iaz superius sit expositum q̃ logica est tam scientia q̃z modꝰ sciendi ⁊ hoc in pꝛedicatione materiali vel fundamentali ⁊ nõ formali: tunc si expositio cõmẽtatoꝛis debeat admitti exponentis p modum sciendi logicam ⁊ etiam q̃ verum sit q̃ logica sit scientia nõ tantum modus sciendi: tuuc oportet dicere q̃ quando philosophus dicit absurdum est ⁊c. illa copulatio vel copula scilicet. li. ⁊. debet cadere inter querere scientiam: ⁊ querere modũ sciendi: ⁊ intelligo sic ponendo exemplum si plato sit necessario albus ⁊ esset lõgus: cõstat q̃ tunc nec albedo nec longitudo potest separari ab illo: tũc ponam q̃ aliqs q̃rat platonẽ tũc manifestũ est q̃ etiã q̃rit albedinẽ ⁊ lõgitudinẽ simul ⁊ semel eadez inquisitione ⁊ nõ alia ⁊ alia: ⁊ per cõsequẽs nõ alia inquisitione querit albedinem ⁊ alia longitudinem eius tamen per casum impossibile est illas formas seperari ab inuicem. Sic ad pꝛopositum cum tam scientia quam modus sciendi cõueniant necessario ipsi logice tanquam vni fundamẽto vel subiecto aut subiecto ipossibile est q̃ aliquis possit querere scientiaz quin etiã simul ⁊ semel eadem inquisitione numero ⁊ eodem q̃rat etiam modum sciendi: cum vt dixerim vtrunqz reperiatur in ipsa logica queritur: ideo absurdum est facere duo querere, vel duas questiones: vbi vna sola sufficit immo vbi nõ potest esse nisi vnica sola questio vel inquisitio vt iam diximus ⁊ sic absurdũ est simul q̃ rere scientiam ⁊ modũ sciendi: cum vnico ⁊ eodem q̃rere: queratur vtrunqz ⁊ non duobus sicut qui querit hominem: querit simul ⁊ risibilitatẽ ⁊ tamen .li. ⁊. potest bene cadere inter scientiã ⁊ modũ sciendi vt sumit formaliter quia vt supꝛa dicimus formalitas vnius nõ est formalitas alterius: quia dictũ est q̃ modus est posterioꝛ quã scientia posterioꝛitate perfectionis ꝛz sit pꝛioꝛ cõmuniter pꝛioꝛitate oꝛiginis: q̃ nunquã peruenitur ad scientiam nisi pꝛius habeatur modus sciendi vt ipsemet philosophus intendit per illam pꝛedictam auctoꝛitatez secundo metaphisice: ⁊ ideo vult q̃ absurduz est simul querere logicam que est modus sciendi aliarum scienciarum eo q̃ docet artez diffiniendi: diuidendi: ⁊ arguẽdi ⁊ querere alias scientias cũ sit necessariũ philosophũ habere logicã anteq̃z alie scientie habeãt ⁊ sic cũ logica sit tã scientia quã modus sciendi: sub alia ⁊ alia ratione: quia logica vt docens est scientia ⁊ logica vt vtens ẽ modus sciendi: ⁊ sic nõ est incõueniens nec absurdum querere simul scientiam ⁊ modũ sciendi: ⁊ ideo .li. ⁊. non potest cadere inter scientiam ⁊ modum sciendi: quia nõ est absurdũ querere vtrunqz simul immo querimus vtrunqz simul eo q̃ logica est vtrunqz vt diximus. Et ideo quercns logicam querit simul vtrunqz ⁊ ideo hoc querere est illud querere ꝓpter cõcomitantiam idest querere vel questio scientie est quererevel questio modi sciendi eo q̃ semper modus sciendi cõcomitatur scientiam in eodem subiecto vel forma scilicet logtca vnum tamen non est reliquum scilicet scientia nõ est modꝰ sciẽdi loquendo formaliter ⁊ quidditatiue licet ambo cõiũgant simul necessario in vno. tertio .i. in logica: ⁊ sic pz intentio doctoꝛis in hac responsione ⁊ per consequens in tota hac pꝛima questione excepto q̃ ꝯm argumentũ ad oppositum: ⁊ pꝛo veritate questionis exponetur inferius .q. 13. ⁊ etiam que pꝛedicatio in abstracto sit in ꝑmo modo ⁊ si hoc sit semper verum vel nõ ⁊c.

¶ Sequitur secunda questio.

Jrca secundam Questionẽ. Qua

queritur. An logica sit scientia cõis que est q̃stio breuissima. ¶ Pꝛimo nota quomodo bene continuatur ad precedentem. Ilam pꝛius oportet cognoscere: an idem habitus sit scientia antequã cognoscatur: vtrum sit habitus pꝛopꝛius vel cõis q̃ ista se habent per additionem ⁊ contractionẽ ad habitũ vel scientiam: q̃ aliqua scientia est cõis vt metaphisica ⁊ logica: ⁊ aliqua est pꝛopꝛia vt philosophia: ⁊ scientie mechanice ⁊ huiusmodi: ⁊ ideo merito pꝛobauit doctoꝛ ꝑ pꝛius q̃ logica est scientia antequã querat vtrum sit scientia cõis: ⁊ sic patet oꝛdo ⁊ continuatio. ¶ Ad questionem est breuiter dicendum vt dicit doctoꝛ q̃ logica est scientia cõmunis ⁊ hoc ratione sui subiecti ⁊ reducibilium ad subiectum eius: de quibus tractabitur in sequẽti qõe. ⁊ ista cõitas non est per modũ pꝛedicationis ꝛz applicatõis Sillogismus eni nõ pꝛedicatur de subiecto alicuius scientie vt patet: q̃ ens nõ est syllogismus ⁊ sic de alijs doctoꝛ: tamen addit ibi nisi forte per accidens q̃ additio facit difficultatem multis: ꝛz intelligatur sic. Dixi enim nunc q̃ syllogismus nõ pꝛedicatur de subiecto alicuius scientie alterius a logica scilicet syllogismus in se ⁊ formaliter. tamen per accidens potest scilicet per

aliud vel per alia intelligendo li per accidens pro vt sumitur pro eo quod est per aliud. Istud aliud vel ista alia sūt materialia syllogismi vel reducibilia ad ipsum cuiusmodi sunt omnia que pertinent ad logicam inter que sunt termini ⁊ incomplexa: ⁊ subiectum ⁊ predicatum: vniuersale ⁊ singulare: superius ⁊ inferius: cōmune ⁊ proprium ⁊ multa talia quorum multa possunt dici de subiecto cuiuscūq; scientie per predicationem. Exemplum de subiecto metaphisice: de quo predicantur iste intentiones secunde scilicet subiectum cōmune. superius ⁊ huiusmodi. Nam ens est subiectum: ens est vniuersale vt cōmuniter dicitur. ens est cōmune superius transcēdēs primū prius cōicabile ꝟibile ⁊ huiusmodi que omnia sunt intentiones secunde ⁊ reducuntur ad syllogismū sicut omnia tractata in aliqua scientia reducuntur aliquo modo ad subiectum primum illius scientie. ⁊ ita potest dici ꝙ syllogismus predicatur per accidens de subiectis aliarum scientiarum quia scilicet non in propria forma sed suis reducibilibus ⁊ ad ipsum pertinentib⁹ ⁊ ita per aliud vel per alia. Deinde infert doctor in fine: si subiectum eius sit applicabile omnibus secundo modo est cōmunis idest si pro quia. nam subiectum logice scilicet syllogismus est applicabilis omni scientie: eo ꝙ omnis scientia vtitur ⁊ indiget syllogismo pro inquisitione veritatis: ⁊ etiam indiget alijs reducibilibus ad ipsum. Ideo secundo modo logica est communis scilicet cōmunitate applicationis nō tamen primo modo scilicet cōmunitate predicationis nisi solum per accidens vt iam est declaratum.

¶ Sequitur questio tertia.

Circa tertiam questionem in qua queritur de subiecto logice.

Est primo notandum ꝙ ista continuatur ⁊ ordinatur ad precedentes sic. Nam primo habito ꝙ logica sit scientia. Et secundo qualis sit scientia: quia scientia cōis merito. Tertio queritur de eius subiecto: eo ꝙ nisi presupponatur quid ⁊ qualis sit scientia frustra quereretur de eius subiecto. patet igitur continuatio. Pro primo argumento huius questionis ⁊ alijs dicēdis infra. Est notandum primo ꝙ aliud est loqui de syllogismo in cōmuni: ⁊ aliud de syllogismo in particulari sicut aliud est loqui de syllogismo per quem ꝙqueritur scienntia: ⁊ aliud est loqui de syllogismo de quo queritur scientia: ideo quando queritur vtrum syllogism⁹ sit subiectum logice: li syllogismus sumitur pro syllogismo in cōmuni ad omnes syllogismos: ⁊ suppōit ibi simpliciter ⁊ non personaliter: quia pro suo significato primario ⁊ non pro aliquo suo inferiori sicut semper supponit subiectum cuiuscunq; scientie quando petitur: an sit subiectum talis scientie. Iste autem syllogismus in cōmuni abstrahit ab omni syllogismo particulari. Et ideo cum non sit in certa figura: nec in certo modo alicuius figure non potest proferri in sua forma idest cum duab⁹ certis p̄missis ⁊ vna ꝯclusione: sed est indifferēs ad oēm figurā ⁊ ad oēm modū nullibi formari valens sicut nec corpus mobile quod ponitur a multis subiectum philosophie naturalis: determinat sibi certū locū aut tempus: immo nusquā est nec in aliquo tempore ⁊ hoc dico vt cōsideratur per se in suo esse quidditatiuo: licet per accidens ⁊ in suis inferioribus aut suppositis habeat esse. Sed de hoc modo loquendi tangetur infra rius questione. 8. in vna distinctione que est ꝙ. s. significatum termini cōmunis significantis veram naturam potest sumi tripliciter ⁊ c̄. Sic ad propositū licet syllogismus quo ad eius inferiora ⁊ partes subiectiuas in illis possit formari in figura ⁊ modo determinato ⁊ proferri ore in premissis duab⁹ certis ⁊ determinatis ⁊ vna cōclusione: tamen syllogismus in cōmuni abstrahit ab omnibus his specialibus: ⁊ tamen sit in figura in communi ⁊ modo cōsimili: non tamen nominalibus nec assignabilibus: ⁊ sicut syllogismus in cōmuni abstrahit a syllogismis ꝟspecialibus: sic ⁊ figura ac modus eius abstrahūt ab omni figura ⁊ mō specialiꝟt sit correspondētia inter syllogismum in cōmuni ⁊ figuram ac modum eius. Dato igitur terminis logicalibus sic methaphysicis ⁊ abstracte ⁊ vere consideratis: puta syllogismo in cōmuni ⁊ figura eius ac modo in cōmuni ⁊ inesse quidditatiuo est vlterius considerandum quare queritur scientia de syllogismo in cōmuni ⁊ quomodo habetur ⁊ per quez syllogismum particularem. Vbi est sciendum ꝙ omnis q. querēs: an de aliquo sit scientia: nō queritur aliquod vel aliud nisi habeat aliquam passionem vel passiones demonstrabilem vel demonstrabiles de ipso per medium ideſt per diffinitionem eius vel per quidditatem eius ꝟ̄ lis demonstratio non potest fieri nisi in aliquo syllogismo particulari. Tunc ergo cum hic queratur scientia de syllogismo in cōmuni supponitur ꝙ syllogismus in communi habeat diffinitionem ⁊ passionem vel passiones demonstrabiles de ipso per illam: ⁊ si sic tūc oportet ꝙ demonstratio fiat per aliquez syllogismū: sicut ⁊ ois scientia humanitus acquisita fit per sillogismuz. qō signanter dico ppter scientiā infusam que habetur sine syllogismo ⁊ discursu nostro vt patuit in Salomone ⁊ ita intelligit doctor in hoc loco. Tunc cōsidera ꝙ intricatio in hoc primo argumento ⁊ in eius responsione consurgit propter similitudinē terminorū inter syllogismum de quo queritur scientia ⁊ inter syllogismum per quem habetur scientia: quia nō videntur esse distincti: sed omnino idem: sed vt dixi superius distinguunt̄ multū: q: syllogismus de quo queritur scientia est syllogismus in cōmuni ⁊ inesse abstracto ⁊ methaphisi. ⁊ pri⁹: ⁊ habet multas passiones ⁊ diffinitionē vt ostēditur in prima questione: que sibi cōueniunt per se: ⁊ primo adequate: ⁊ omnibus syllogismis inferioribus per se: non tamen primo nec adequate. Syllogismus autē particularis per quē tanquā per instrumentū habetur scientia est vna pars subiectiua eiusdem partis subiectiue syllogismi in cōmuni: quia est vnū indiuiduum ⁊ singulare demonstrationis in cōmuni: que imediate ē pars quedam subiectiua syllogismi in cōmuni. ⁊ ita ille syllogismus particularis est mediate pars subiectiua in cōmuni. Nam syllogismus in cōmuni diuiditur imediate in syllogismū demonstratiuum ⁊ syllogismū dialeticum siue topicum aut probabilem tanq̄ in suas partes subiectiuas: ⁊ in genera subalterna habētia sub se multas species ⁊ indiuidua: quod satis manifestum est de sillogismo demonstratiuo: qui ad mi⁹ videtur habere octo species vt alias declarauī in quodam opusculo meo supra libros posteriorum ⁊ nominantur sic. Demonstratio propter quid: demonstratio quia: demonstratio vniuersalis: demonstratio particularis: demonstratio affirmatiua: demonstratio negatiua: demōstratio ostensiua: ⁊ demonstratio ducens ad impossibile. Ad quas octo reducuntur omnes demonstrationes mundi: ⁊ etiam alique iste reducuntur ad alias: sed de hoc satis pro nunc. Tunc ad propositum dico ꝙ syl

logismus per quem habetur scientia est syllogismus ꝛ demõstratio particularis ꝛ ita vna pars subiectiua syllogismi demonstratiui ꝛ vnũ singulare eius immo est singulare ꝛ pars subiectiua singularis partis subiecti/ue syllogismi in cõmuni puta syllogismi demonstrati/ui a priori ꝛ propter quid ꝛ ideo addit bis ad syllogis/mum in communi quia primo addit demonstratio/nem scilicet quia est syllogismus demonstratiuus. ¶ Aliam aliter non haberetur scientia per eum vt patet: sed fides vel credulitas aut probabilitas aut aliquid huiusmodi imperfectum Syllogismus autem in communi abstrait ab omni demonstratione ꝛ etiam probabilitate: sicut superius abstrahit a suis inferioribus ꝛ eorum passionibus. ¶ Secundo addit ad syllogismum in communi singularitatem vel hec/cheitatem quia est syllogismus singularis vt patebit. Et preter hec dico: quia etiam tertio addit quia iste syllogismus particularis formatur in certo modo ꝛ certa figura ꝛ potest concipi mente ꝛ proferri ore in duabus premissis signatis ꝛ singularibus: ꝛ vna etiam singulari ꝛ certa cõclusione. Nõ sic autem syllogismus in cõmuni vt iam supra patuit. ꝛ sic patet differentia triplex inter syllogismum in cõmuni de quo queritur scientia: ꝛ inter syllogismum particularem per quem habetur scientia de syllogismo in cõmuni. Sed preter hoc; illud primum argumentum pretendit vnam aliam difficultatem puta cũ syllogismus ille particularis per quẽ habetur scientia contineatur sub syllogismo in cõmuni vt diximus. ¶ Et quicquid scitur de communi ꝛ superiori scitur etiam de quolibet eius particulari ꝛ inferiori vt patet in omnibus: nam quod scitur de homine scilicet quod est risibilis: hoc etiam scitur vel potest sciri de isto homine licet diuersimode: quia de homine in communi per se primo: de isto autem per se ꝛ non primo pro eo quia omnis passio superioris est passio inferioris vt supra dictum est: ꝛ sic constat quod si potest haberi scientia de syllogismo in communi potest etiam haberi de illo syllogismo particulari ꝛ hoc per syllogismum in cõmuni. Et tunc si sic cum omnis scientia sit per syllogismum ꝛ nõ possit cognosci per seipsum quia tunc idem numero esset notum ꝛ ignotum eo ꝙ illud quod debet cognosci est ignotum ꝛ illud per quod debet cognosci est notum: quia ꝓ ignotũ nihil cognoscit̃ seqt̃ ꝙ scientia de syllogismo particulari non habetur nisi per aliquem alium syllogismum particularez ꝛ sic cũ ille alius syllogismus particularis cõtineatur etiam sub syllogismo in cõmuni sicut eius pars subiectiua ꝛ vnum singulare ipsius: etiam de ipso potest haberi scientia ita bene sicut de precedente syllogismo particulari: ꝛ hoc nõ potest esse per seipsum vt dictum est de alio ergo per alium: ꝛ tunc queratur de illo sicut de alijs ꝛ ita ibitur in infinitum ꝙ est incõueniens: ꝛ per consequens concluditur ꝙ de syllogismo in cõmuni nõ potest esse scientia: ꝛ vltimate tunc sequit̃ ꝙ syllogismus nõ potest esse subiectum logice: ꝛ sic ꝑz incertatio intenta ꝛ intentio incertata huius primi argumenti quod multis facit difficultatem. Tertium argumentum potest sic formari. Illud quod non potest esse obiectuz potentie nõ potest esse subiectum habitus recepti in tali potentia: sed syllogismus in cõmuni est talis ꝙ nõ potest esse obiectum potentie intellectiue: ergo non potest esse obiectum habitus intellectualis; scilicet logice qui est aptus recipi in intellectu. consequentia patet cum maiori quia idez est obiectũ potentie ꝛ subiectũ habitus apti recipi in tali potentia: minor probatur per Ax. in de sensu ꝛ sensato. nihil ẽ in intellectu quin illud prius fuerit sub sensu. Syllogismus autem cum nõ sit ens sensibile quia a nullo sensu percipi potest ꝛ per consequens nõ est intelligibile nec obiectũ intellectus. Tũc vltra illud qõ nõ potest esse obiectuz potentie scilicet intellectus non potest esse subiectũ scientie scilicet logice que est habitus intellectus sed syllogismus est huiusmodi ergo non potest esse subiectum logice que est habitus intellectus per consequens de syllogismo non est scientia. Doctor consequenter recitat ser opiniones de subiecto logice impugnans quinq; primas: que faciles sunt ad intelligendum: ꝛ etiam in impugnando eas clarificabũtur. Deinde ad videndum que opinio sit vera doctor ponit tres precipuas idest principaliores conditiones requisitas ad hoc ꝙ aliquid sit subiectum alicuius scientie ꝛ bene dicit precipuas ꝛ non precisas quia sunt multe alie conditiones requisite vt patet per Bonetum primo Methaphisice suc. ꝛ primo topice sue tractatu secundo. ꝛ ponit. xiij. videlicet septez negatiuas quas non oportet hic recitare ꝛ illarum ponit Scotus in hoc loco tres precipuas ꝛ principaliores que satis patent. ¶ Deinde reprobat tres primas opiniones simul eo quod quelibet earum ponit aliquid nimis generale: aut nimis commune pro subiecto vt patet ibi: ꝛ tunc probat ꝙ ille tres opiniões nõ differunt inter se tam in reprobatione tertie opinionis quam vltra in coincidere cum alijs. distinguit de entis rationis. scilicet vel consiedrato a ratione vel causato a ratione idest ab intellectu. vbi nota quod doctor non intelligit ibi de actuali consideratione quando dicit quod nihil est subiectum alicuius scientie nisi consideratum a ratione vt verba sua videntur sonare: quia tunc si omnes homines simul dormirent sicut forsan aliquando accidit media nocte Methaphisica non essz scientia nec aliqua alia: eo ꝙ tunc subiecta earum non essent actualiter considerata vel intellecta: sed intelligit ab aptitudinali consideratione ꝛ fundamentaliter ꝛ in potentia propinqua atq; accidentali scilicet ꝙ sicut subiecta scientiarum sunt in prorima dispositione vt faciliter intelligantur ꝛ considerentur ꝛ hoc sufficit.

¶ Nota tamen pro quarta opinione ꝛ eius impugnatione ꝙ dictum Philosophi quarta Methaphisice ibidem recitatum scilicet ꝙ circa idem laborant Methaphisicus. Dyaleticus. ꝛ Sophista. est intelligendum sic. scilicet quia isti sunt tres artifices generales ꝛ versantur considerationes ꝛ speculationes eorum circa omne ens: ita quod similitudo attenditur quo ad obiecta considerata tamen est magna dissimilitudo circa modum considerandi talia obiecta: quia Methaphisicus considerat omnia entia absolute ꝛ demonstratiue atq; per prima principia ꝛ infallibilia procedit circa ipsa eo ꝙ ad ipsum pertinet considerare omnium entium quidditates vt dicitur primo Methaphisice saltem in generali ꝛ in communi. ¶ Dyaleticus autem procedit ꝛ versatur circa omnia entia per media topica ꝛ probabilia solum que non habent generare scientiam ꝛ certitudinem sed opinionem ꝛ probabilitatem vt dictum est supra questione prima. Sophista autem laborat circa omne ens per media apparentia ꝛ similitudinaria non tamen vera nec existentia sed deceptoria: nec intendit scientiam induce/

re aut opinionem sed fraudem ⁊ suam propriam apparentiam : vt scilicet solum possit mediantibus deceptionibus apparere . Sapiens ex victoria sui responsalis ⁊ non curat existere sapiens ex victoria sui : potest enim ea uillare ⁊ paralogizare in omni materia mundi: ⁊ sic apparet quomodo illi tres conueniunt in consideratis : sed differunt in modis considerandi. Infra autem dictus doctor ponit propriam opinionem scilicet quod syllogismus est subiectum logice : assignat tres conditiones precipuas eidem ⁊ in secunda conditione subiecti dicit quod syllogismo assignantur multe passiones in primo priorum a philosopho. scilicet vt habere modum ⁊ figuram de illis de ineesse idest de propositionibus de ineesse : ⁊ modo idest in propositionibus modalibus : vt habere tres terminos in illo capitulo . Quoniam ergo in his premissis vult dicere doctor: quod philosophus in predicto capitulo assignat multas passiones ipsi syllogismo in communi : puta habere tres terminos ⁊ ex necessitate accidere conclusionem idest conclusionem necessario sequi ex premissis ⁊c. ⁊ hoc siue syllogismus fiat in propositionibus de ineesse siue in modalibus : siue in mixtis ⁊ combinationibus : ita quod hic colligantur tres passiones conuenientes omni syllogismo in quibuscunq; propositionibus formetur : que sunt iste scilicet constare ex tribus terminis : ⁊ esse in modo : ⁊ in figura : ⁊ quod consequens necessario sequitur ex premissis: quas tres tetigi superius questione prima .

¶ Propter quedam dicta in tertia conditione syllogismi . est notandum quod syllogismus quicunq; cõtinet duo scilicet materiam ⁊ formam . Materia autem syllogismi est duplex ac sub alternatim accepta scilicet materia prima que vocatur materia remota : ⁊ materia secunda vel vltima que vocatur materia proxima. ¶ Materia prima syllogismi est illa ex qua componitur syllogismus primo : ⁊ in qua vltimo resolui. cuiusmodi sunt terminiincomplexi . ¶ Materia autem proxima est ex qua proxime componitur vltimate ⁊ in qua immediate resolutur syllogismus cuiusmodi sunt propositiones ⁊ orationes. Forma syllogismi est q; habeat tres terminos ⁊ tres propositiones in figura ⁊ in modo ⁊c. modo autem Scotus loquitur de vtraq; materia quando dicit quod de partibus eius scilicet incomplexo ⁊ enuntiatione determinatur in logica scilicet in veteri logica scilicet in libro predicamentorum ⁊ periermeniarum : qui libri dicuntur logica vetus non quia sint antiquiores duratione aliis libris logice : sed quia sunt de partibus integralibus syllogismi ⁊ de materia eius prima ⁊ vltima : q; liber predicamentorũ est de incomplexis : ⁊ liber periermenias est de enuntiatione. ¶ Incomplexa autem sunt partes integrales remote : ⁊ enuntiationes sunt partes integrales propinq; ⁊ vltime . ¶ Hunc autem pars dicitur prior toto prioritate generationis ⁊ imperfectionis : ⁊ ideo hec de causa dicitur veterior logica : at noua que scilicet continet libros priorum ⁊ posteriorum : ⁊ topicorum : ⁊ elencorum : tractat de toto scilicet de ipso syllogismo in se ⁊ in suis partibus subiectiuis ⁊ reducibilibus ad illas: cuiusmodi sunt. Entimema. Inductio: ⁊ Exemplum: eo quod sunt argumenta sim perfecta ⁊ possunt fieri argumenta bona ⁊ perfecti syllogismi: etiam de syllogismo falsigrapho ⁊ sophistico tractatur in libro Elencorum tanquam de obliquitate ⁊ priuatione veri syllogismi vt cuiste tur ⁊ abijciatur ⁊ sic reducitur ad syllogismum bonum ⁊ verum sicut obliquum: ⁊ falsum reducitur ad rectum ⁊ verum . ¶ Rectum enim est iudex sui ⁊ obliqui secundum philosophum primo de anima. nullus enim cognoscit cecitatem nisi qui cognoscit visum qui priuatur per eam : ⁊ etiam priuatio mensuratur per habitum secundum philosophum secundo de anima: ergo etcetera. ¶ Pro responsione ad primum argumentum quod est satis difficile notentur primo illa que dicta sunt in expositione illius primi argumenti. ¶ Deinde est considerandum qualiter habetur scientia de syllogismo in communi: ⁊ qualiter de syllogismo in particulari. vnde dico quod de syllogismis in communi habetur scientia non per seipsum: sed per syllogismum in particulari : puta per vnam demonstrationem particularem quam formauit in prima conclusione que est hec . ¶ Omnis oratio in qua quibusdam positis ⁊c. sed omnis syllogismus est huiusmodi ergo ⁊c. vide ibi . In ea enim demonstratione siue per ipsam demonstrationem concluditur passio syllogismi in communi de ipso ⁊ per consequens sic habetur scientia de ipso : quia non aliam querimus scientiam de ipso ⁊ sic patet quomodo habetur scientia de syllogismo in communi : ⁊ per quem syllogismum. ¶ Sed restat maior difficultas quomodo habeat scientia de isto syllogismo ⁊ de demonstratione particulari per quam habetur scientia de syllogismo in communi vt non detur processus in infinitum qui fingebatur in argumento. ¶ Si enim volumus dicere quod per seipsum habetur scientia de seipso tunc videtur se qui aliud inconueniens scilicet quod idem erit notus seipso vt arguebatur in argumento primo ⁊ etiam multa alia inconuenientia viderentur sequi que pertranseo. ¶ Respondet doctor q; iste syllogismus particularis est aliquo modo notus antequam habeatur scientia de ipsomet : ⁊ aliquo modo ignotus . ¶ Nam dupliciter est notus ⁊ vno modo ignotus : ⁊ quo ad hoc fit per seipsum notus . vbi oportet videre qualiter ⁊ qualis scientia habetur de isto syllogismo particulari secundum istum modum loquendi ⁊ qualis non . ¶ Ad que dico : quod prenotatis quibusdam necessarijs respondebo ad questionem . Quorum primum est q; aliqua scientia potest haberi de isto syllogismo particulari per seipsum ⁊ aliqua non illa que potest haberi est scientia communis sibi ⁊ cuilibet alij syllogismo particulari : ⁊ hoc inquantum in syllogismo est ⁊ sub ratione communi ⁊ generali . ¶ Non autem inquantum talis syllogismus est : ⁊ in particulari scilicet non inquantum est demonstratio particularis . ¶ Nam recolo me dixisse superius quod iste syllogismus particularis addit duo ad minus ad syllogismum in communi scilicet . Demonstrationem ⁊ hecceitatem : ⁊ ideo cum aliqua sint scibilia de isto syllogismo particulari in speciali : ⁊ non sub ratione syllogismi in communi : ideo non sufficienter cognoscatur quo ad passiones generales syllogismi in communi que forsan possunt demonstrari de isto syllogismo particulari: ⁊ per seipsum . Et ideo vt intelligantur que dico nota quod vt superius dixi iste syllogismus particularis habet in se plures formalitates: quia primo habet formalitatem syllogigismi inquantum iste est vn⁹ syllogismus

